



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Ga
110
748



3a 110.748



Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND.

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." (Will, dated 1880.)

Received 21 Sept., 1888.

Gal 110.748



Constantius Lund.

Exercitationes criticae in Aristophanis Plutum novae

Scriptit

Albertus de Bamberg.

Exercitationibus criticis in Aristophanis Plutum, quos a. MDCCCLXIX edidi¹⁾, novas additurus ut nihil magis laetor quam quod Velseni huius fabulae recensione, quam tum exspectabam, a. MDCCCLXXXI in lucem edita firmissimo fundamento uti licet, ita quae inter quattuor codices, quorum notitia plenissima admirabili huius hominis doctissimi debetur diligentiae intercedat ratio primum mihi quaerendum esse existimo.

Velseni scripturae discrepantiam largissimam perlustrantem fallere non potest ex illis codicibus Ravennatem (*R*) et Venetum (*V*) saepius a Vaticano (*U*), qui est inter Urbinates 141, et Parisino (*A*), qui est inter Brunckii regios 2712, ita differre, ut nunc illi nunc hi Aristophanis verba servare videantur.

Ut versuum ordinem sequar, Bergkii, Meinekii, Dindorfii (in Poetarum sceniorum Graecorum editione quinta), Velsenus has Ravennatis et Veneti lectiones Parisini et Vaticani lectionibus iure praetulerunt:

v. 39 *RV* δῆτα Φοῖβος, *AU* δῆθ' ὁ Φοῖβος, v. 137 *RV* ὅτι, *AU* ὅτ', v. 147 *RV* μικρόν, *AU* σμικρόν²⁾, v. 224 *RV* τοῖς, *AU* τοῖσιν, v. 244 *RV* ἐξέπεσον, *AU* ἔπεσον, v. 291 *RV* παρενσαλεύων, *AU* παρασαλεύων, v. 392 *RV* ποῖον, *AU* ὁποῖον, v. 432 *R* σε χοῆν, *V* σ' ἐχοῆν, *AU* ἐχοῆν, v. 450 *R* ποῖαν δ', *V* ποῖαν δ', *AU* καὶ ποῖαν, v. 452 *R* ὁ θεὸς οὗτος οἷδ' ³⁾, *V* ὁ θεὸς οἷδ', *AU* οὗτος οἷδ' ὁ θεός, v. 453 *R* ἀνστήσαιο, *V* ἄν στήσαιο, *AU* ἀναστήσαιο, v. 472 *RV* ταυτί, *AU* τουτί, v. 505 *RV* εἰ, *AU* ἦ, v. 507 ἀναπισθέντ' *R*, corr. *R*⁴, ἀναπεισθέντ' *V*, ἀναπισθέντες *AU*, v. 526 *RV* σοι (leg. σοί), *AU* σου, v. 527 *R* δάπισι, *V* δάπησι (leg. δάπισιν), *AU* τάπησιν, v. 540 *RV* add. γε, *AU* om. γε ante τούτοις, v. 583 *RV* ὀλυμπικόν, *AU* ὀλυμπιακόν, v. 662 *RV* κατεκλίναμεν, *AU* κατεκλινόμεν, v. 688 *RV* om. δῆ, *AU* add. δῆ ante μου ad versum mancum explendum, v. 707 *RV* ἐνεκαλυσάμεν, *AU* συνεκαλυσάμεν, v. 736 *RV* ὧς γ', *AU* ὥστ', v. 738 *RV* δέσποιν', ἀνεστήκει (leg. ἀνειστήκει⁴⁾), *AU* δέσποινά γ' ἐστήκει, v. 777 *RV* ὃ τλήμων, *AU* ὁ τλήμων, v. 778 *RV* οὔτ' — οὔτε, *AU* οὐδ' — οὐδέ, v. 785 *RV* ἐνδεικνύμενος, *AU* ἐνδεικνύμενοι, v. 806 *RV* δῆ⁵⁾, *AU* που, v. 886 *RV* ταῦτ' ἐστὶ πολλή, *AU* πολλή ταῦτ' ἐστὶ, v. 912 *RV* ὦ, *AU* μὲ ὦ, v. 920 *RV* νῆ Αἶα, *AU* νῆ τὸν Αἶα, v. 1037 *RV* γ', *AU* δ', v. 1147 *RV* ξύνοικον, *AU* σύνοικον, v. 1182 *RV* κάμει γ' ἐκάλει (καμέ γε κάλει *R*, corr. in γ' ἐκάλει *R*², κάμει γ' ἐκάλει *V*), *A* καὶ μετεκάλει, *U* καὶ μήτε κάλει, v. 1207 *RV* ἔπεισιν, *AU* ἔνευσιν.

v. 815 *RV* ὁ δ' ἱππὸς γέγον' ἡμῶν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος exhibent, *AU* γέγον' omittunt. Bergkii, Meinekii, Dindorfii illos secuti sunt, Velsenus cum Bentleio ὁ δ' ἱππὸς ἡμῶν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος scribere maluit, non recte, si quid video; nam ἐξαπίνης adverbium verbo carere non potest. Ac verbum

¹⁾ Berolini, apud S. Calvary eiusque socium. — ²⁾ Quod Dindorfius si inverso ordine σμικρόν δι' ἀργυρίδιον scribatur σμικρόν recte legi adnotat, ordinem traditum tuetur Demosthenis Timocr. p. 763, § 201 διὰ μικρόν ἀργυρίδιον. Etiam v. 240 τὸ μικρόν ἀργυρίδιον recte legitur (*BAU* μικρόν, *V* σμικρόν). Weckleinius (Cur. epigr. p. 55) tragicos antiquiorem formam retinentes σμικρός, comicos vulgarem sermonem sequentes μικρός dicere maluisse statuit. — ³⁾ De Velseni coniectura infra p. 14 disseremus. — ⁴⁾ vide Wecklein. Cur. epigr. p. 35 sq. — ⁵⁾ vide Exercit. crit. p. 33.

tuetur Athenaeus, cuius auctoritas multo pluris aestimanda est quam Pollucis¹⁾, VI, p. 229 f. hunc versum sic scriptum exhibens:

ὁ δ' ἰπνός (cod. *A* ὁ δειπνός) γέγονεν ἐξαπίνης ἐλιγάντιος.

v. 1100 *RV* ὦ καρίων, *A* ὁ καρίων, *U* καρίων, *U*² ὦ καρίων praebeant. ²Ω Bergkii et Dindorfii, ὁ Meinekii et Velsenii acceperunt. Ego non dubito quin scribendum sit: σέ τοι λέγω, ὦ Καρίων, ἀνήμενον; nam apud comicos nominativus pro vocativo toti enuntiato praemittitur, nunquam interponitur aut postponitur; vide Ach. 155 οἱ Θορύκες ἴτε δεῦρ', οὓς Θέωρος ἤγαγεν, Ran. 521 ὁ παῖς ἀκολουθεῖ δεῦρο τὰ σκευὴ γέρον, ib. 608 ὁ Αἰνυλος καὶ Στρεβλίας καὶ Παρόδας χωρεῖτε δευρὶ καὶ μάχεσθε τοντιώ, Amips. fr. 2, 1 (ed. Kock. = Mein. II, p. 701) ἡ Μανία γέρον ὁξύβατα καὶ κανθάρον. Vocativus et interponitur et postponitur; vide Nub. 1485 δεῦρο δεῦρ' ὦ Ξανθία κλίμακα λαβὼν ἐξέλθε, Vesp. 456 παῖε παῖ ὦ Ξανθία τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας, Lys. 451 ὁμοσε χωρῶμεν αὐταῖς ὦ Σκύθαι ξυνταξάμενοι, ib. 455 ἀποστρέφετε τὰς χεῖρας αὐτῶν ὦ Σκύθαι, ib. 908 μὰ Αἰ' ἀλλὰ τοῦτό γ' οἰκάδ' ὦ Μανῇ γέρον, Ran. 437 αἶρον' ἂν αὐθις ὦ παῖ. Blaydesius Lys. 451 se οἱ Σκύθαι malle non satis prudenter adnotavit; nam χωρῶμεν οἱ Σκύθαι dicere nemo poterat nisi unus ex Scythiis. Ach. 242 πρόθυ' ὡς τὸ πρόσθεν ὄλγον ἡ κνηφόρος ad similitudinem proximi versus in προῖτω' ὡς τὸ πρόσθεν κτλ. commutandum esse Bachmannus in libello utilissimo, qui inscribitur 'Conjecturarum observationumque Aristophaneorum specimen' I², p. 49 sq. evicit.

v. 166 in *RV* κναφεύει, in *AU* γραφεύει scriptum est. Dindorfius, quod Brunckius coniecerat, ὁ δέ τις κναφεύει γ' scripsit, Bergkii ὁ δὲ κναφεύει γ', Meinekii et Velsenii ὁ δὲ γραφεύει γ'. Illam formam Aristophani vindicandam esse cum grammatici (schol. Rav. ad h. l. ὁ δὲ κναφεύει: Τινὲς Ἀττικοὶ τὸ διὰ τοῦ κ, κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ. οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ παρὰ τὸ κ. cf. Suid. s. v. κναφεύς: παρὰ τὸ κνῶ . . . καὶ ἔστι τὸ μὲν διὰ τοῦ γ κοινόν, τὸ δὲ διὰ τοῦ κ Ἀττικόν. καὶ Ἀριστοφάνης· Ἦν παρὲς χωσι τοῖς δεομένοις οἱ κναφεῖς κτλ.³), id. s. v. γραφεύς, Pollux VII, 37 κναφεύειν ἔφη Ἀριστοφάνης) docent tum lapis incisus documento est: C. i. A. I. Suppl. nr. 373 f. Σίμων ἀνέθηκε ὁ κναφεύς δεκάτην. Itaque Dindorfio adsentior; cf. v. 1179 sq. ὁ μὲν ἂν ἦκων ἔμπορος ἔθυσεν ἱερῶν τι σωθῆς, ὁ δὲ τις ἂν δίκην ἀπορρυγόν, ὁ δ' ἂν ἐκαλλιερῆτο τις, Plat. de Rep. II, p. 369 D πῶς ἡ πόλις ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευήν; ἄλλο τι γεωργὸς μὲν εἶς, ὁ δὲ οἰκοδόμος, ἄλλος δὲ τις ὑγάντης; et quae Bachmannus con-gessit exempla l. l. p. 58. Haec nolui praeterire, etsi orthographica⁴⁾ ad quaestionem institutam minimi momenti esse probe scio.

¹⁾ X 155 καὶ μύγρα· Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Φοινίσσαις κέρχρηται τῷ ὀνόματι. ἐν δὲ Πλούτῳ ἵπον τὴν μύγραν καλεῖ. —

²⁾ Gottingae 1878. — ³⁾ Eccl. 415, ubi Velsenii codices aut κναφῆς aut κναφεῖς exhibent. — ⁴⁾ Ravennas et Venetus recte scriptum servant v. 329 εἴνεκα (*AU* οἴνεκα), quam formam Velsenus mutata sententia in Ecclesiastis vel contra omnes codices (vide v. 106) reposuit, cf. Wecklein. Cur. epigr. 36 sq. Kock. ad Nub. 6. Blaydes. ad Lys. 74, v. 45 ξυνίεις, quod Meinekii in ξυνίεις emendavit (*AU* ξυνίης), cf. quae ego disserui Z. f. d. Gw. 1874, p. 27 sq., Parisinus et Vaticanus v. 626 ἡ ὑπερεπισμένα (*R* εὐπερεπισμένα, *V* εὐπερεπισμένα) cf. Wecklein. l. l. p. 33 sq., v. 1007 αἰεῖ (*RV* αἰεῖ). Nam Aristophanem ubique αἰεῖ adhibuisse putandum esse Weckleinus l. l. p. 64 non dixisset, si compertum habuisset αἰεῖ formam in codicibus Aristophanis non ita raro legi: Ach. 751 in *P*, Eq. 215 in *ΓAP* et a sec. m. in *A*, Av. 1478 in *B*, Ran. 1027 in *UA*, Plut. 1049 in *BA*, semel contra metrum Pl. 1140. — Bergkii, Meinekii, Velsenii ex *RV* v. 38 συμφῆρειν, v. 220 συμμάχους ediderunt, Dindorfii ex *AU* illic ξυμφῆρειν, hic ξυμμάχους. Mirum esset, si Aristophanes v. 218 Chremylum γῶν ξύμμαχοι (sic *RV AU*), v. 220 Plutum ἡμῖν συμμάχους dicentes fecisset; sed de formarum σύν et ξύν apud Aristophanem usu nihil audeo statuere. Qui post Weckleinum (l. l. p. 57 sq.) et Caerum (in Curtii stud. in gramm. gr. et lat. VIII, 2, p. 286) de hac re diligentissime scripsit Bachmannus quod l. l. p. 112 librariorum ξύν intulisse saepius numeris σύν postulantibus convinci: certe se e Dind. adn. Oxon. (et Eq. adn. cr. Velsenii) tres tantum locos sibi enotasse dixit, ubi codices contra metrum σύν praeberent (Ach. 715. Th. 601. Ran. 800), ex duobus Pluti locis, ubi metrum ξύν — vel ξύν — formam postulat, v. 1147 *AU* contra metrum σύνοικον exhibere supra p. 1 vidimus, v. 503 Ravennas contra metrum συλλεξάμενοι scriptum habet, cum quinque locis (vv. 326. 504. 646. 847. 1162) omnes codices quas metrum postulat praebeant has formas: συμπαρασάται, σύνεισιν, συλλήβδην, συνεξεμάζετο, συμφορώτατον. — ποιεῖν verbi tertiam litteram omittunt metro ut prior stirpis syllaba corripitur poscente *RV* soli vv. 14. 116. 283. 401. 475. 524. 764. 863. 1205, cum *A* vv. 433. 496. 865. 947. 1025. 1027, cum *AU* vv. 186. 623. 698. 906. 1111, *R* solus v. 233, cum *A* v. 459, cum *AU* v. 887, *V* solus v. 388, metro non poscente *RV* soli v. 747, cum *A* v. 471, cum *AU* vv. 1197. 1124, *R* solus v. 1163, contra metrum *RV* v. 576, *V* v. 978. Mihi illis locis ποιεῖν κτλ. scribendum esse videtur, cf. Wecklein. l. l. p. 53 sq.

v. 343 *RV* νῆ τοὺς θεοὺς exhibent, quae verba a quattuor illis editoribus recepta eis quae sequuntur adsignanda esse diximus Exercit. crit. p. 51. Blaydesium a Parisino et Vaticano μὰ τοὺς θεοὺς accepturum esse inde colligo, quod ad Thesmoph. 383 φιλοτιμία μὲν οὐδεμιᾷ μὰ τῷ θεῷ λέξουσ' ἀνέστην et Pl. 715 ὅπως γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας μὰ τὸν Δία et 343 ἀλλ' οὐδ' ἐν ἀποκρύψας ἐρῶ μὰ τοὺς θεοὺς conferri iussit. Ac sic legendum esse etsi non possum demonstrare, tamen sentire mihi videor.

Aliis locis dubitari nequit, quin Bergkii, Meinekii, Dindorfii, Velsenus Parisinum et Vaticanum recte secuti sint; hos dico: v. 111 *RV* μακράν, *AU* μακρά, v. 162 *V* ἡμῶν, *R* om., *AU* αὐτῶν, v. 167 *RV* om. γε, *AU* add. γε, v. 172 *RV* δαί, *AU* δέ, v. 289 *RV* om. ὄντως, *AU* add. ὄντως, v. 301 *RV* om. ἡμῖνον, *AU* add. ἡμῖνον, v. 312 *RV* λαερτίου, *AU* λαρτίου (*A* λάρτιου), v. 325 *RV* συντεταγμένως, *AU* συντεταμένως, v. 367 *RV* ἔχεις, *AU* ἔχει¹⁾, v. 401 *RV* νῶν, *A* νῶ, *U* νῶ, v. 428 *R* ἀνέκρωγες, *V* ἀναέκρωγες, *AU* ἐνέκρωγες, v. 432 *RV* εἴτις, *AU* ἥτις, v. 488 *RV* τοῖς, *AU* τοῖσι, v. 516 *RV* ἐξῆν, *AU* ἐξῆ, leg. ἐξῆ, v. 576 *RV* καὶ μάλιστα, *A* μάλιστα, *U* μάλιστα, v. 583 αὐτὸς τὸν Ὀλ., *AU* τὸν Ὀλ. αὐτός, v. 587 *RV* τοῦτο, *AU* τούτω, leg. τούτω, v. 614 *RV* παιδίων, *AU* παίδων, v. 681 *R* ταῦτ' ἠτιζεν, *V* ταῦτ' ἠκίζεν, *AU* ταῦθ' ἠγιζεν, v. 708 *RV* δέ, *AU* δ' ἐν, v. 721 *RV* ἐκτρέφας, *AU* ἐκστρέφας²⁾, v. 766 *RV* μέλ', *AU* μέλλ', v. 1088 *R* γ' οὖν, *V* γοῦν, *AU* γάρ, v. 1096 *RV* προσέλετο, *AU* προσίσχεται. Etiam v. 573 editores consentientes ἀμείνων, quod *AU* exhibent, praetulerunt communi Ravennatis et Veneti lectioni ἀμεινον, quod num recte fecerint dubito; vide quae infra p. 15 de v. 203 dicemus. De v. 465, ubi *RV* καὶ τί ἂν νομιζέτον (*R* νομίζετε) κακὸν ἐργάσασθαι μείζον ἀνθρώποις; *AU* ἀνθρώπους exhibent, dissentiunt. Meinekii cum Dindorfio ἀνθρώπους scripsit, sed in adnotatione critica fortasse τούτοις, quod Bergkii et Velsenus receperunt, reponendum fuisse dixit. Non nego ἀνθρώπους posse verum esse, cf. Soph. OR. 1373 οἶν ἐμοὶ δυοῖν ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγρόνης ἐργασμένα; sed Aristophanis locum satis similem nullum novi; nam Vesp. 1350 πολλοῖς γὰρ ᾗδ' ἡμέτεροις ταῦτ' ἐργάσω propius accedit ad similitudinem loci Platonis Apol. 30 A ταῦτα νεωτέρῳ καὶ πρεσβυτέρῳ ποιήσω καὶ ξένῳ καὶ ἀστὴρ, μᾶλλον δὲ τοῖς ἀστοῖς et δρᾶν τινί τι, quod Nub. 427 legitur: λέγε νῦν ἡμῖν ὅ τι σοὶ δρῶμεν idem fere est quod ὑπουργεῖν τινί τι, ut apud Thucydidem VI, 83, 1 τῷ Μήδῳ ἐτοιμῶς τοῦτο δρῶντες, ubi Classenus recte fecit, quod Herwerdeno pro τοῦτο δρῶντες scribi iubenti ὑπουργοῦντες non obtemperavit. Cf. Arist. frgm. 569, 12 (ed. Kock.) κἀγωγε ταῖς ἄλλαις πόλεσι δρῶ ταῦτα πλὴν Ἀθηνῶν. Itaque consultius puto scribi: καὶ τί ἂν νομιζέτον κακὸν ἐργάσασθαι μείζον ἀνθρώπους.

Paulo propius a vera scriptura *AU* absunt quam *RV* v. 485, ubi hi πράττοντες εἴ τι γάρ (εἴ corr. in ἡ *R*⁴), illi πράττοντες ἡ τί γ' ἂν exhibent; nam Aristophanem scripsisse:

οὐκ ἂν φθάνοιτε τοῦτο πράττοντ' ἡ τί ἂν
ἔχοι τις ἂν δίκαιον ἀντειπεῖν ἔτι;

Weckleinius qua est sagacitate felicissime invenit (l. l. p. 18); neque aliter Blaydesius hunc versum scripsit ad Thesm. 707.

v. 281 ὅτου χάριν μ' ὁ δεσπότης ὁ σὸς κέκληκε δεῦρο in *RV* omissus quaeritur utrum, quae Bergkii, Meinekii, Velsenii fuit sententia, in *AU* ex v. 260 male repetitus esse an in Ravennatis et Veneti archetypo casu intercidisse videatur. Mihi olim Exercit. crit. p. 34 illos secuto nunc in Parisino et Vaticano, qui v. 260 haec exhibent:

ὅτου χάριν χά' δεσπότης ὁ σὸς κέκληκεν ἡμᾶς

repetitione mala factum esse, ut v. 281 eadem verba, quae priore loco in *RV* sunt,

ὅτου χάριν μ' ὁ δεσπότης ὁ σὸς κέκληκε δεῦρο,


interpolarentur parum verisimile est nec iam sufficient, quibus olim in libro miscellaneo edito a soc. phil. Bonn. p. 65 v. 281 impugnavi, sed hos codices et v. 260 et v. 281 quae Aristophanes scripsit servare mihi persuasi. Ὅτου χάριν χά' δεσπότης pro ὅτου καὶ χάριν ὁ δεσπότης ex usu satis crebro

¹⁾ De varia lectione in Veneto adscripta μένει, quam Velsenus recepit, infra p. 17 videbimus.

²⁾ vide Exerc. crit. p. 4.

dictum est, cf. Eq. 342 τῷ καὶ πεποιθὸς ἀξιοῖς ἐμοῦ λέγειν ἔγωγε; Nub. 1344 καὶ μὴν ὁ τι καὶ λέξεις ἀκούσαι βούλομαι, Pac. 1289 τοῦ καὶ ποτ' εἶ; Lys. 836 τίς καὶ σὺν ποτε; Eccl. 946 ἀλλ' εἰμι τηρήσονσ' ὅτι καὶ δράσει ποτέ, v. 1014 λέγ' αὐτὸ τί ποτε καὶ σὺν, Soph. Ai. 1290 δύστηνε, ποῖ βλέπων ποτ' αὐτὰ καὶ θροεῖς; OR. 1129 ποῖον ἄνδρα καὶ λέγεις; Antig. 772 μόρω δὲ ποῖω καὶ σε βουλευέει κτανεῖν; v. 1314 ποῖω δὲ καὶ πελεύσασ' ἐν φοναῖς τροπῶ; et quae post Kruegerum (Gr. gr. § 69. 32. 16) Blaydesius ad Pac. 1289 collegit.

Utut autem de harum lectionum veritate iudicandum erit, ex earum discrepantia quae inter quatuor Velseni codices intercedat ratio hoc stemmate recte significari apparet:



Etiam in Nubibus Ravennatem et Venetum ex uno, Parisinum *A* cum aliis quibusdam ex altero fonte fluxisse Rudolphus Schnee in dissertatione Halensi (a. 1876), quae inscribitur 'De Aristophanis codicibus capita duo' p. 25 sq. probavit¹⁾; in Ranis Ravennatis Venetique et Parisini Vaticanique eandem cognationem esse, quae in Pluto apparuit, ex his lectionibus noscitur: v. 77 *RV* ἀνάγειν, *AUM*²⁾, v. 83 *RV* οἴχεται, *AUM* ἀποίχεται, v. 103 *R* μάλα, *V* μάλλα, *AUM* καὶ μάλα, v. 199 *RV* οὔπερ ἐκέλευς, *AUM* οἴπερ (*U* ἤπερ) ἐκέλευσάς, v. 259 *RV* φάρυξ, *AUM* φάρυγξ, v. 267 *RV* τὸ, *AUM* τῷ, v. 270 *RV* τὸν, *AUM* τὸ, v. 286 *R* ἐξόπισθεν ἴθι, *V* ἐξόπισθεν αὖ ἴθι, *AUM* ἐξόπισθεν νῦν ἴθι, v. 290 *RV* τότε, *AUM* ποτέ, v. 296 *RV* δῆτ' ἄν, *AUM* δ' ἄν, v. 300 *RV* τοῦτό γ' ἦτιον, *AUM* τοῦτό γ' ἔσθ' ἦτιον, v. 340 *RV* ἦκει, *AUM* ἦκει, v. 347 *RV* παλαιῶν, *AUM* παλαιούς, v. 375 *RV* κάπισκώπτων, *AUM* καὶ σκώπτων, v. 455 *RV* ἱερὸν, *AUM* ἱλαρὸν, v. 519 *RV* ὀρχηστρίσι, *AUM* αὐλητρίσι, v. 543 *RV* κυνῶν, *AUM* κινῶν, v. 620 *RV* εἰ δ' ἐς τὰς, *AUM* ἐπὶ τε τὰς, v. 625 *R* οὔτω δέ, *V* οὔτως, *AUM* τοῦτον δέ, v. 748 *RV* τοῦθ', *AUM* τόθ', v. 915 *RV* add. ἄν, *AUM* om. ἄν, v. 946 *RV* εἰπ' ἄν, *AUM* εἰπεν, v. 971 *RV* μέντοι, *AU* μέντοι γῶ, *M* μέν τοιγῶ, v. 1394 *RV* κακόν, *AUM* κακῶν.

Quae cum ita sint, in Pluto ubicunque codices inter se discrepant, primum quid in *α* et in *β*, deinde quid in archetypo *α* scriptum fuerit, tum num archetypi lectio Aristophanis fuisse putanda sit quaerendum erit.

Ac primum quidem de locis quibusdam disseramus, ubi *A* et *U* inter se congruentibus, *R* et *V* inter se discrepantibus editores dissentiunt.

v. 517 sq. haec leguntur:

λῆρον ληρεῖς· ταῦτα γὰρ ἡμῖν πάνθ' ὅσα νῦν δὴ κατάλεξας
οἱ θεράποντες μοχθήσουσιν.

R νῦν δέ, *V* νῦν, *A* νυνί, *U* νυνι exhibent. Quaeritur, utrum in *α* νῦν δέ an, quod in *β* fuit, νυνί scriptum fuerit. Bergkio et Velseno illud, Meinekio et Dindorfio hoc visum est. Ego Aristophanem νῦν δέ vel potius νυνδῆ³⁾ voluisse idque et in *α* et in *α* scriptum fuisse confido. Rectissime enim

¹⁾ Idem in Equitibus Venetum non ad Ravennatis, sed ad Parisini fontem rettulit; adsensus est Georgius Buenger in dissertatione Argentoratensi (a. 1878) omni laude digna 'De Aristophanis Equitum Lysistratae Thesmophoriazuserum apud Suidam reliquiis' p. 14. — ²⁾ *M* significat codicem Ambrosianum L. 39 sup., qui Plutum quoque continet. cf. Herwerdeni Appendicem ad studia critica in poetas scenicos Graecorum. Trai. ad Rh. 1872, p. 38 sq., ubi huius codicis lectiones nonnullae notatae sunt. Hunc codicem in Ranis cum Parisino artiore cognatione coniunctum esse, ex vv. 157. 268. 627 et 304. 374. 409 potissimum colligo. — ³⁾ Herodianus ed. Lentz. I, p. 489, 1 sq. haec praecipit: Τὰ εἰς ἡ μετὰ τοῦ τ ... ἢ βαρύνεται ἢ περισπᾶται, οὐδέποτε δὲ ὀξύνεται . . . τὸ ἦ δὲ τῶν βαρυνονομένων χωρὶς τοῦ τ γράσσεται καὶ τὸ νῦν δέ, ὅτε σημαίνει τὸ πρὸ δλίγον „οὗτος ἀνὴρ νῦν δὲ ξυμβλήμενος" (ω 260), ἐστὶ σὺνθετον ὡς καὶ τὸ δηλαδὴ ὀξυνόμενον.

Frischlinus illa verba sic vertit: „nugaris, nam haec quae modo nobis enumerasti omnia servi perficient“; modo vero esse *νυνδῆ*¹⁾, testes sunt scholiasta ad Pac. 5 *νῦν δῆ*: οὕτως Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἀρίως et Suidas²⁾ *νῦν δῆ*: ἀρίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν, qui deinde praeter Plat. leg. I, p. 629 D ὡς ἔφαμεν ἡμεῖς *νῦν δῆ*, III, p. 683 E ἢ *νῦν δῆ* μὲν [ὀλίγον ἔμπροσθεν] ταύτοις περιτυχόντες τοῖς λόγοις οὕτω ταῦτ' ἐτίθεμεν, *νῦν δ'* ἐπιλελήσμεθα; Eurip. Hippol. 233 sq. *νῦν δῆ* μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας πόθον ἐστέλλον, *νῦν δ'* αὖ ψαμιάτοις ἐπ' ἀκνυάντοις πώλων ἔρασαι, frgm. (Meleagri) 539 Ddf. ὁρᾷς σὺ *νῦν δῆ* μὲν ὥς ἐπράνας, τύχη Magnetis fragmentum laudat nr. 6 ed. Kock.: εἰπέ μοι *νυνδῆ* μὲν ὥμνους μὴ γεγονέναι, *νῦν δὲ* φής. Confer etiam Hermippi frgm. nr. 42 ed. Kock. μέζων γὰρ ἢ *νυνδῆ* ἴσται, καὶ δοκεῖ γέ μοι, ἐὰν τοσοῦτον ἐπιδιδῶ τῆς ἡμέρας, μέζων ἔσεσθαι Διαιγόρου τοῦ Τερθρόως et Aristophanis hos locos: Nub. 825 ὥμοσας *νυνδῆ* Δία (sc. v. 817), ubi Venetus *νυνί*, Ravennas *νῦν*, alii codices *νῦν δῆ* exhibent, Pac. 5 ποῦ γὰρ ἦν *νυνδῆ* φέρον, Av. 922 sq. οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ, καὶ τοῦνομ' ὥσπερ παιδίῳ *νυνδῆ* θέμην³⁾.

v. 701 οὐκ, ἀλλ' Ἰασὼ μὲν τις ἀκολουθοῦσ' ἄμα. Sic *AU*; *R* Ἰασὼ μὲν γέ τις ἀκολουθοῦσ' ἄμα, *V* Ἰασὼ μὲν γε ἀκολουθοῦσ' ἄμα. Bergkii, Meinekii, Dindorfii ex Reisigii coniectura Ἰασὼ μὲν γ' ἐπακολουθοῦσ' ἄμα, Velsenus Ἰασὼ μὲν τις ἀκολουθοῦσ' ἄμα scripsit. Ego de hoc loco Exercit. crit. p. 4 sq. recte mihi videor iudicavisse neque ἐπακολουθεῖν verbum compositum inculcandum esse et τις pronomen aptissime addi; cf. Av. 512 ὁπότ' ἐξέλθοι Πρίαμός τις ἔχων ὄρνιν ἐν τοῖσι τραγοῖσι. Sed quod tum Ravennatis lectionem integram accipiendam esse dixi, id iam improbo, Velsenum rectius Parisinum et Vaticanum secutum esse ratus. Veri enim similis est in codice *a* γε male additum esse, ut in *R* v. 22 post ἀφελών⁴⁾, in *V* v. 800 post πάνν et in Ranis post πῶς v. 138 in *RAUM* et v. 515 in *RM*, post σύ v. 263 in *R*, quam Aristophanem sine iusta causa proceleusmaticum pro iambo admisisse.

v. 845 μῶν οὖν ἐμνήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα; Haec est Parisini et Vaticani scriptura; Venetus οὖν omittit, Ravennas ἐνεμνήθης pro οὖν ἐμνήθης exhibet. Ravennatem secuti sunt Bergkii, Dindorfii, Velsenus; Meinekii μῶν οὖν ἐμνήθης scripsit, sed in Vindiciarum Aristophanearum libro p. VIII hoc dixit: „Ferri sane potest Rav. scriptura ἐνεμνήθης, non tamen ut ἐμνεῖσθαι pro μνεῖσθαι dici posse concedam; imo ἐνεμνήθης dictum est ut in sequente versu ἐνεροῖώσα sc. ἐν τῷ τριβωνίῳ. Comparari possunt ἐναποτίνειν, ἐναποπατεῖν et multa eiusdem generis alia.“ Me paenitet, quod et Ravennatis et Meinekii auctoritate deceptus Exerc. crit. p. 7 ἐνεμνήθης imprudenter Aristophani vindicavi. Ut enim rectissime v. 846 omissis ἐν αὐτῷ vocabulis novo verbo composito usus vir iustus dicit οὐκ ἀλλ' ἐνεροῖώσ' ἔτη τριακάδεκα utque rectissime etiam Pac. 1228 dictum est ἐναποπατεῖν γὰρ ἐστ' ἐπιτήδειος πάνν pro ἀποπατεῖν ἐν αὐτῷ sc. τῷ θώρακι, Av. 38 καὶ πᾶσι κοινὴν ἐναποτῖσαι χρήματα pro ἀποτῖσαι ἐν αὐτῇ sc. τῇ πόλει, ib. 122 σισύραν ἐγκατακλινῆναι μαλθακὴν pro κατακλινῆναι ἐν αὐτῇ⁵⁾, ita parum eleganter Cario additis ἐν αὐτῷ verbis interrogaret: μῶν ἐνεμνήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα. In Parisini et Vaticani lectione quod reprehendi possit, nihil video. Μῶν οὖν enim particulae coniunctae inveniuntur etiam Pac. 527 μῶν οὖν ὁμοιον καὶ γυλιοῦ στρατιωτικοῦ; ad quem locum Blaydesius satis multa huius usus exempla ex Platone potissimum congescit. Saepius etiam coniuncta video οὖν et δῆτα: Eq. 871 ἔγνωκας οὖν δῆτ' αὐτὸν οἶός ἐστιν; 875 οὐ δεινὸν οὖν δῆτ' ἐμβάδας τοσουτοῖ δύνασθαι; Nub. 791 οἴμοι τί οὖν δῆτ' ὁ κακοδαίμων πείσομαι; Pac. 200 πῶς οὖν σὺ δῆτ' ἐνταῦθα κατελείφθης μόνος; Av. 27 οὐ δεινὸν οὖν δῆτ' ἐστὶν ἡμᾶς δεομένους ἐς κόρυκας ἐλθεῖν; v. 969 τί οὖν προσήκει δῆτ' ἐμοὶ Κορινθίων; Thesm. 212 πῶς οὖν ποιήσω δῆτα; et ordine inverso: Nub. 423 ἄλλο τι δῆτ' οὖν νομεῖς ἤδη θεὸν οὐδὲν πλὴν ἅπερ ἡμεῖς. Itaque non iam potest dubitari, quin ex archetypo *a* vera lectio in codicem *β* et inde in *AU* transierit, in codice *a* οὖν post μῶν

¹⁾ Sic Kockius ex editoribus ni fallor solus scribit, Cobetus V. L.¹ p. 233 scribendum esse statuit. — ²⁾ Alios testes vide apud Kockium ad Nub. 825 et apud Sauppium ad Pl. Prot. p. 339 A. — ³⁾ De v. 327 cf. Wehrum Quaest. Aristoph. Gotting. 1869, p. 72. Thesm. 934 νῆ Δί' ὡς νῦν δῆτ' ἀνὴρ δλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἰσιορράφος ex νῦν δῆτ' correctum est νυνδῆ γ'. — ⁴⁾ vide Exercit. crit. p. 13 sq. — ⁵⁾ cf. Kockium ad Av. 38 et Weckleinum ad Eur. Bacch. 508.

interciderit, in *R* oculis librarii in proximum versum aberrantibus pro ἐμνήθης verbum compositum scriptum sit.

v. 1003 sq. δῆλον ὅτι τοὺς τρόπους τις οὐ μοχθηρὸς ἦν.

ἔπειτα πλουτῶν οὐκέθ' ἤδεται φακῇ.

πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν.

AU ἅπαντα κατήσθιε, *V* ἅπαντα γ' ἤσθιεν, *R* ἅπανθ' ἐπλήσθιεν exhibent. Κατεσθίειν verbum interdum ad devorandi notionem prope accedens hoc loco alienum esse vix poterit dici. Tamen dubito, num sic scripserit Aristophanes. Auctoritati enim Parisini et Vaticani hic opposita est Athenaei auctoritas, qui IV, p. 170 D haec adnotat: Ἐπεσθίειν εἶρηκε Τηλεκλείδης¹⁾ Προτιάνειν οὕτως.

τυρόν ἐπεσθίοντα.

Ἐπιφαγεῖν δ' Εὐπολῖς²⁾ Ταξιάρχους

ἐπιφαγεῖν μηδὲν ἄλλ' ἢ κρόμμινον

λέποντα καὶ τρεῖς ἀλμάδας.

καὶ Ἀριστοφάνους Πλούτου.

προτοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἐπλήσθιεν.

Hoc ipsum verbum huic loco aptissimum esse inde apparet, quod φακῇ, ad quem cibum respicitur, Atheniensibus ὕψον fuisse Amphiarai Aristophaneae fragmentum³⁾ documento est:

δοσις φακῇν ἡδιστον ὕψων λαιδορεῖς

et de eis cibis, quos ὄψα vocabant, ἐπεσθίειν verbum proprium fuisse constat⁴⁾, cf. Xen. Mem. III, 14, 3 ὁ δὲ μικρὸν σίτω πολὺ ὕψων ἐπεσθίειν et 6 τῷ ἅμα πολλὰ ἐπεσθίειν ἐπισθέντι. Recte igitur fecisse videntur Bergkii et Dindorfii, quod Athenaeum secuti sunt, praesertim cum quod in *R* est ἅπανθ' ἐπλήσθιεν ex ἅπαντ' ἐπλήσθιεν ortum esse satis probabile sit; vide ὑπὸ et ἐπὶ praepositionum permutatarum exempla a Bachmanno collecta l. l. p. 68, quibus adde Eq. 459 ἐπὶ λθες *R*, ἐπὶ λθεν *AL*, ἐπὶ λθες *ITPM*. Quae cum ita sint, archetypi *a* lectio in *R* intacta transiisse, in *V* et in *β* correctores de eius veritate iure dubitantes, sed infelices experta esse videtur.

v. 1173 *AU* haec exhibent:

ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Πλούτος οὕτως ἤρξατο βλέπειν,

R ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Πλούτος ἤρξατο βλέπειν, *V* ἀφ' οὗ γὰρ βλέπειν ὁ πλούτος ἤρξατο. Bergkii et qui hunc versum secludunt Dindorfii et Velsenii scripserunt, quae in *AU* sunt, Meinekii ἀφ' οὗ γὰρ αὐτὸ βλέπειν ὁ Πλ. ἦ. ⁵⁾ Hunc versum eundem ac v. 968 ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Θεὸς οὕτως ἤρξατο βλέπειν in archetypo *a* nomine superscripto sic scriptum fuisse:

Πλούτος
ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Θεὸς οὕτως ἤρξατο βλέπειν,

deinde Πλούτος in codice *β* pro Θεός, in codice *a* pro Θεὸς οὕτως in textum irrepsisse, postremo in *V* etiam verborum ordinem mutatum esse licet suspicari, Aristophanem vero ego omissa illa dubitatione, de qua vide Exercit. crit. in Ar. Pl. p. 35, v. 968 repetere noluisse, sed haec tantum voluisse:

τί δ' ἔστιν, ὃ βλέπεται; *IEP*. τί γὰρ ἄλλ' ἢ κακῶς

ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ; καταφαγεῖν γὰρ οὐκ ἔχω κτλ.

cum Velseno iam consentio.

v. 98 omnes codices exhibent πολλοὺ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἐώρακα χρόνον, ita tamen, ut post ἐώρακα interponant *R* πω, *V* πον. Dindorfii οὐχ ἐώρακά πω χρόνον, Meinekii et Velsenii, quod Bergkii fortasse scribendum esse adnotavit, οὐχ ἐώρακ' ἐγὼ χρόνον scripserunt. Hic igitur non quid in archetypo *a* scriptum fuerit⁶⁾, sed num id ad Aristophanem referendum sit auctorem dubitatur. Ego in ea sententia sto, quam Exercit. crit. p. 5 exposui, praesertim cum praeter Xenophontem etiam

¹⁾ frgm. 25 ed. Kock. — ²⁾ frgm. 255 ed. Kock. — ³⁾ frgm. 23. — ⁴⁾ Poll. VI, 39 ἐπιφαγεῖν (οὕτως δὲ ἔλεγον τὸ ἐπὶ τῷ ἄριστῳ ὕψων ἐπεσθίειν). — ⁵⁾ vide Vind. Aristoph. p. 225 sq. — ⁶⁾ ἐώρακά πον solus Tyrwhittus voluit, vide Dobree Observ. Aristoph. cura Guil. Wagneri p. 7.

Platonem simillime loqui videam Gorg. p. 448 A οὐδέ τις μὲ πω ἡρώτηκε κινῶν οὐδὲν πολλῶν ἐτιῶν. De Eq. 944 οἶος οὐδέ τις πω χρόνον ἀνὴρ γηγένηται τοῖσι πολλοῖς τοῦ βολοῦ cf. Kockium ad h. l. et Bachmannum l. l. p. 125.

v. 702 quod *R* ὑπερῶθρασε, *V* ὑπορῶθρασε, *A* ὑπηρῶθρασε, *U* ὑπηρῶθρασε exhibent, in *α* ὑπερῶθρασε, in *β* ὑπηρῶθρασε scriptum fuisse videtur. Hoc, non quod Bergkiius Meinekio probavit, ὑπερῶθρασε archetypo et Aristophani vindicandum esse demonstrasse mihi videor Exercit. crit. p. 15.

De v. 1042 iudicare difficilior est. Codicum lectiones hae sunt

R ἀσπαζομαι σε φησὶν ἀρχαία φίλη

V ἀσπάζομαι. *GP.* τί φησιν· ^ε ἀρχαία φίλη

A ἀσπαζομαι σε· *GP.* τί φησιν· *NEA.* ἀρχαία φίλη

U ἀσπάζομαι *GP.* τί φησιν *NEA.* ἀρχαία φίλη.

Hanc scripturae discrepantiam licet ita interpretari, ut in archetypo scriptum fuisse dicatur, quod Velsenus edidit:

ἀσπάζομαι σε, *GP.* τί φησιν; *NEA.* ἀρχαία φίλη.

Potest vero etiam id factum esse, ut σε, quod in promptu erat, et in *R* et in *A* a librariis sermoni manco subvenientibus adderetur¹⁾. Mihi etiamnunc scribendum videtur: ἀσπάζομαι — *GP.* τί φησιν; et deinde ex Meinekii coniectura: *NEAN.* ἀρχαίαν φίλην²⁾ nec desii improbare anapaesti breves syllabas inter duas personas distributas, quas ante hos viginti annos damnavi³⁾.

Quod hoc loco factum esse suspicari sumus, ut codices diversae originis eodem inquinarentur vitio in Pluto haud raro factum est. Eidem codices *RA* communi vitio laborantes deprehendimus his locis, ubi quattuor illi editores Venetum et Vaticanum secuti sunt: v. 132 *RA* αὐτὸ τοῦθ', *VU* αὐτῷ τοῦθ', v. 274 *RA* ἡγείσθαι, *VU* ἡγεῖσθαι, v. 510 *RA* διανέμει(ν), *VU* διανείμει(ν), v. 645 *RA* αὐτὸν (corr. *R*⁴⁾), *VU* αὐτό, v. 849 *RA* τῷ θεῷ δῶρα, *VU* δῶρα τῷ θεῷ, v. 1140 *RA* ὑφέλοις, *U* ὑφέλου, *V* ὑφέλοι, scrib. ὑφέλοι.

v. 607 *RA* ἀνύειν, *V* ἀνύτειν, *U* ἀνύτειν⁴⁾ exhibent. Grammaticos video duas formas huius verbi atticas esse testari, unam ἀνύτειν, quam hic Meinekiius solus recepit, alteram ἀνύειν⁵⁾, non ἀνύτειν aut ἀνύειν, quam Bergkiius, Dindorfiius, Velsenus praetulerunt. Herodianus ed. Lentz. I, p. 541, 20 docet: τὸ ἀνύω Ἀττικοὶ διασύνουσι, cf. schol. ad Plut. 229, Vesp. 30. Phryn. in Bekk. Anecd. p. 14, 17.

¹⁾ Talis industriae qui *VU* scripserunt metro convincuntur v. 278; vide infra p. 8; item Eq. 14 omnes praeter *R* codices σοι, Av. 1550 *ABRS* μοι addunt. — ²⁾ cf. Exercit. crit. p. 11 sq. — ³⁾ De Rav. et Ven. Ar. cod., p. 26. 27. Vesp. 1176 Richterius non debebat scribere: *ΦΙΛ.* ἐγωγε. *ΒΔΕΑ.* τίνας δὴτ' ἄν λέγοις; sed cum Bergkio, Meinekio, Dindorfio τίνας. Pac. 689 iamdudum scribi desitum est: *TP.* εὐβουλότεροι γενησόμεσθα. *EP.* τρόπῳ τίνι; Thesm. 27 miror Meinekium quod codices praebent: οἶμαι γε. *ETP.* οἶγα νυν. *ΚΗΔ.* σιωπῶ τὸ θύριον quamvis aperta de causa mutavisse in οἶμαι γε. *ETP.* σιώπα νυν. κτλ. Quod B. Thierschius ad Plut. 903 γεωργὸς εἰ; *ΣΤΚ.* μελαγχολᾷ μ' οὕτως οἶει; haec adnotat: „γεωργὸς εἰ οὐ; Monac. Numeri sic aptiores, quia pes interruptus celeritati loquentis bene convenit“ ne cui imponat non est metus. Apud Antiphanem fr. 231 τὸ δὲ ζῆν εἰπέ μοι τί ἐστι; τὸ πίνειν φῆμ' ἐγώ sive eiusdem sunt haec omnia personae sive post ἐστι altera incipit, τὸ ante πίνειν delendum esse Kockiius cum Meinekio intellexit. De Plut. 824 vide Blaydesium ad Av. 1495. Ceterum dactyli vel tribrachyos breves syllabae inter duas personas distributae mihi non magis probantur. Ex tribus eius generis versibus, quos Engerus praef. ad Lysistr. p. XXVII vitiosos esse dixit, Ach. 1023. Eccl. 1037. Plut. 838, unus Eccl. 1037 non iam scribitur: ποῖ τοῦτον ἔλκεις σύ; *GP.* Α. τὸν ἐμαντὴς εἰσάγω, sed quia σύ in *RBN* deest ex Meinekii coniectura rectissime ποῖ τοῦτον ἔλκεις; *GP.* Α. εἰς ἐμαντὴς εἰσάγω, cf. Vind. Arist. p. 205 et Lys. 1064 ἦκει' οὐν εἰς ἐμοῦ τήμερον, 1069 ἀλλὰ χωρεῖν ἀντικρὺς ὥσπερ οὐκ' εἰς ἐναντιῶν, 1210 ἴτω εἰς ἐμοῦ, quos locos Blaydesius ad Eccl. 675 collegit. Plut. 838 pro καὶ κατεγέλων δ' εὐ οἶδ' οὔτι. *ΔΙΚ.* κομιδῇ μὲν οὐν legendum erit:

καὶ κατεγέλων δ' εὐ οἶδ' οὔτι. *ΔΙΚ.* κομιδῇ μὲν οὐν.

Ach. 1023 πόθεν; *ΓΕ2.* ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιωτοὶ vide ne ἀπὸ in ἀπὸ mutandum sit. De crasi cf. Waeschke. De crasi Aristophanea (Dessaviae 1875) p. 28, de anapaesti duabus partibus ineunte trimetro inter duas personas distributis Pac. 930 *TP.* οἶ; *ΟΙ.* καὶ μὰ Δι'. et Av. 22 ὁδός. *ΠΕ.* οὐδὲ μὰ Δι' ἐνταῦθα γ' ἀτραπὸς οὐδαμοῦ. In Hermippi fragmento nr. 50 (ed. Kock.) τίς ἐσθ' ὁ πωλῶν τὰν δρόπονδ'; *B.* ὅδ' ἐγὼ πάρα litterae ὁδ fortasse male repetitae sunt in Cramerii Anecd. Oxon., sed nihil statuo. — ⁴⁾ ἀνύτειν etiam in Ambrosiano legi Herwerdenus in Appendice p. 39 adnotat. —

⁵⁾ Possis suspicari aspirationis vestigium restare in *R* v. 196: ταῖθ' ἀνύσει.

Moer. ἤνυσσα δασέως Ἀττικοί, ψιλῶς δὲ Ἕλληνες. Suid. s. v. ἀνύτειν = Bekk. Anecd., p. 411, 28: ἀνύτειν οἱ Ἀττικοί, ὅπερ ἡμεῖς ἀνύειν. ἀνύειν δὲ τὸ σπεύδειν. δασεῖα ἡ πρώτη. cf. Gregor. Corinth. p. 69: Οἱ Ἀττικοί τὸ ἀνύειν ἀνύτειν φασίν. Eustath. ad Iliad. p. 1216, 64, ubi postquam Atticis ἀνύτειν vindicatum est, haec adnotantur: δῆλον δὲ καὶ ὅτι ἐπὶ τοῦ σπεύδειν οἱ Ἀττικοί ἔλεγον τὸ ἀνύειν. Αἴλιος δὲ Διονύσιος γησι καὶ ὅτι δασεῖα ἡ πρώτη, τουτέστιν ἐδάσσον οἱ Ἀττικοί τὸ ἀνύειν.

v. 755 οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι deest in A, in R a tertia manu additus est. De hoc versu Exercit. crit. p. 2 nulla alia de causa me dubitare dixi quam quod ἐκ δικαίου pro ἐκ τοῦ δικαίου non videretur dici. Iam inveni Hyperidis duos locos Pluti versum tuentes, pro Euxenippo col. XLII, 7, ὡς οὐκ ἐκ δικαίου πολλὴν οὐσίαν συνέλκεται et col. XLVI, 3 sq. ὅστις εἰς τὸ παραχρῆμα ἔξ ἀδίκου πορίσας κατέλυσε τῆς πόλεως τὴν ἐκ δικαίου πρόσδορον; cf. Plat. Leg. V, p. 743 A ἡ ἐκ δικαίου καὶ ἀδίκου κτήσις.

Contra VU eadem vitia traxerunt Ravennate et Parisino verum servantibus his locis: v. 51 VU τοῦτ' ῥέπει, RA τοῦτο ῥέπει, v. 278 VU σοι δίδωσι, RA δίδωσι, v. 327 VU ὄντες (U² superscr. ὄντως), RA ὄντως, v. 441 VU δύο, RA δύο, v. 562 VU ἐπὶ, RA ἀπὸ, v. 858 VU καὶ θεοὶ καὶ φίλοι, RA καὶ θεοὶ φίλοι, v. 901 VU om. γ', RA add. γ', v. 903 VU οὔτος, RA οὔτως, v. 1196 VU τίς ἔξω, RA ἔξω τις. Duobus locis aut in VU aut in RA ταῦτα et πάντα ordinem mutarunt: v. 979 V πάντα ταῦθ', U πάντα τ' αὐθ', RA ταῦτα πάνθ', v. 1087 VU πάντα ταῦτ', RA ταῦτα πάντ'. Hic quattuor illi editores omnes ταῦτα πάντ' praetulerunt, illic Meinekius, Dindorfius, Velsenus ex Holdenī, quae eadem est Hanovii¹⁾, coniectura ἐγὼ δ' ἐκένω γ' αὐτὰ τὰ πάνθ' ἐπὶ ῥέπου, Bergkii, Dobraeum secutus ἐγὼ δ' ἐκένω πάντ' ἂν ἀνθυπῆρτον. Ego in Bergkii partes eo; nam et hoc verbum compositum hic suum locum habere et quod Chremylus dicit τί δ' ἦν ὁ τι σου μάλισθ' ἐδεῖθ' ἐκάστοτε; ut antecedit ἂν cum imperfecto coniunctum quodammodo postulare videtur. V. 73 V ἐργάσθησον, U ἐργάσεσθε, mut. in ἐργάσεσθον U², ut in fine versus ἀφήσειτε, corr. in ἀφήσειτον U², RA ἐργάσεσθε, quod omnes ediderunt. Ἐργάσεσθον scribi metrum vetabit, dum Naberus, quod Mnem. N. S. XI, p. 43 coniecit: κακὸν τί μ' ἐργάσεσθον οὐδ' ἀφήσειτον ex Aristophanis usu dici demonstraverit.

Cum Parisino Venetus haec peccat: v. 145 add. ἐν post χαρίεν²⁾, v. 204 διέβαλεν (RU διέβαλ'), v. 206 κατακεκλειμένα (RU κατακεκλειμένα, scrib. κατακεκλημένα³⁾, v. 348 om. τις, v. 507 V παντ, A πάντα (πάντων), v. 519 πρῶτος ὁ πωλῶν (πρῶτον ὁ π.), v. 581 om. ὄντως, v. 683 ἀθάρας (ἀθάραρης), vv. 764 et 838 γ' (utrobique R recte δ'), v. 868 ταῦτ' V, ταῦτα A (RU τοῦτο, scrib. τοῦτ'), v. 966 ἐχρῆν (σ' ἐχρῆν), v. 993 βδελυρός (βδελυρός), v. 1032 δ' (θ').

v. 157 non VA peccant, cum θηρευτικὰς, sed RU, cum θηρευτικούς exhibent, quanquam hoc Bergkii, Meinekii, Velsenus praetulerunt; cf. Xenophontis et Arriani Cynegeticos. Etiam v. 189 VA praestant Ravennati et Vaticano, qui ordine inverso exhibentes πάντων ἔστι versum pessumdant. De v. 136, ubi VA ταῦτ' ἄν, R ταῦτα, U ταῦτ' praebent, infra videbimus. v. 391 ubi RU ἐπειδὴ τὸν Πλοῦτον, VA ἐπεὶ τὸν Πλοῦτον exhibent, quattuor illi editores num ἐπεὶ iure praetulerint, dubitari potest. Possit enim Aristophanes scripsisse:

οὐδ' ἦτ' ἐπειδὴ Πλοῦτον, ὦ μογθῆρ' σέ,

ἔχω. BAE. σὺ Πλοῦτον; ποῖον; XPE. αὐτὸν τὸν θεόν.

Ac videtur si sic legatur plus causae esse, cur Bdelyrus interroget σὺ Πλοῦτον; ποῖον; quam si ἐπεὶ τὸν Πλοῦτον. Articulus possit additus esse ut ante A¹⁾ Pac. 566 in RSVΓ et Av. 1358 in B, ante Ποσειδῶν Ach. 682 in RΓ⁴⁾. Sed lectioni vulgatae succurrit Ran. 1230, ubi quod in VM scriptum est:

οὐδ' ἦτ' ἐπεὶ πολλοὺς προλόγους ἔχω λέγειν

¹⁾ Exercit. crit. in com. Gr. p. 121. — ²⁾ χαρίεν scribendum esse Herodianus docet (I, p. 350, 5. II, p. 673, 9); cf. quae Bellermandus Z. f. d. Gw. XXIV, p. 428 disseruit. — ³⁾ vide Photium ed. Naber. I, p. 344; s. v. κλησαι c. adn. —

⁴⁾ cf. Bachmann. l. l. p. 36 sq., ubi satis multos Aristophanis locos collectos invenies articulo inserto a librariis corruptos. Adde ex Ranis v. 659 add. τὴν U, v. 706 add. τὸν A, v. 1032 add. τὰς U, v. 1095 add. τὴν M, v. 1170 add. τὸν M, ex Pluto v. 306 add. τοὺς V, v. 387 add. τοὺς V, v. 939 add. τὸν V, v. 920 ante Δία in AU, v. 1008 add. τὰ VAU.

quamvis metro tutum tamen in *RU* in οὐ δῆρ' ἐπειδὴ κτλ. corruptum est. Itaque prudentius est Pl. 391 Ravennatem et Vaticanum quam archetypum *a* damnare, praesertim cum τὸν Πλοῦτον ferri non posse demonstrari nequeat.

v. 431 *VA* σοι τὸ βάραθρον exhibent, *R* τὸ βάραθρόν σοι, *U* τὸ βάραθρον post βάραθρον superscripto pronomine. Meinekios et Dindorfius τὸ βάραθρόν σοι, Bergkios et Velsenus

οὕκουν ὑπόλοιπόν σοι τὸ βάραθρον γίγνεται

scripserunt, recte hi quidem si quid valet horum versuum similitudo: v. 1109 ἀπαξάπωντας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν, Eq. 1362 ἄρας μετέωρον ἐς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ, Alex. fr. 155, 1 (ed. Kock.) καὶ τοὺς ἀλίας εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ, cf. Rav. 574.

v. 666 editores quod in *VA* scriptum est ὑπερηχόντικεν (*RU* ὑπερηχόντισεν) iure receperunt.

Ubi tres codices inter se congruunt, in promptu est suspicari communem eorum lectionem eandem archetypi *a* fuisse. Tamen ut binos diversae originis codices interdum idem peccare vidimus, ita fieri potuit, ut nunc *R* nunc *V* cum codice *β*, nunc *A* nunc *U* cum codice *a* idem vitium traherent. Ac deprehenduntur errorum socii et *RVA* et *RVU* et *RAU* et *VAU*.

Ac primum quidem codex *a* et *A* eodem vitio inquinati sunt his locis: v. 166 δέ (*U* δέ γε), v. 482 ἡττᾶσθαι (*U* ἡττᾶσθαι), v. 483 ἔκκοσι (*U* εἴκοσι), v. 511 οὔτε (*U* οὐτ' ἄν), v. 550 add. φάτ' ante εἶναι (om. *U*), v. 573 ὅτι γε (*U* ὅτι), v. 591 οὐτοσί (*U* οὐτωσί), v. 635 λελάμπονται (*U* λελάμπωνται), v. 673 ἀθάρας (*U* ἀθάρης), v. 694 ἀθάρας (*U* ἀθάρης superscripto *ας*), v. 733 ἐξηξάτην (*U* ἐξηξάτην), v. 878 *RA* οὐτοσί (*U* οὐτωσί¹⁾), v. 1044 ὑβρεως (*U* ὑβρεος²⁾), v. 1115 οὐχί (*U* οὐ).

v. 460 sq. apud Bergkium, Meinekium, Dindorfium haec leguntur:

XPE. τί οὖν ἀδικοῦμεν τοῦτό σε,

εἰ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἐκπορίζομεν

ἀγαθόν; *HEEN.* τί δ' ἂν ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξεύροιθ'; *XPE.* ὅ, τι;

ἀνθρώποισιν ἐκπορίζομεν in *RVA* legitur, nisi quod in *V* pro ἐκπορίζομεν ἐκπορίζομεθ' scriptum est, in *U* ἀνθρώποις πορίζομεν. Hac Vaticani lectione Velsenus ita usus est, ut ex Bentlei coniectura ἀγαθὰ ante πορίζομεν interponeret, ἀγαθόν, quo in omnibus codicibus enuntiatum clauditur, deleret, in proximo vero versu τί δ' ἂν ποθ' ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξεύροιθ'; scriberet, non recte, ut mihi quidem videtur. Bentleius ut quos legebat versus vitiosos:

εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις πορίζομεν ἀγαθόν;

τί δ' ἂν γ' ὑμεῖς ἀγαθὸν ἐξεύροιθ'; ὅ, τι;

emendaret, hoc proposuit:

εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὸν (vel ἀγαθὰ) πορίζομεν;

τί δ' ἂν γ' ὑμεῖς ἀγαθὸν κτλ.

Qui in *RVA* reperti sunt versus, quid vitiosi habeant, nescio. Nam quod Meinekio qui se malle adnotavit:

εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγάθ' ἐκπορίζομεν;

τί δ' ἂν ποθ' κτλ.

offensioni fuisse videtur, ἀγαθόν ut adiectivum, quod dicunt, praedicativum ad τοῦτο sc. τὸ τὸν Πλοῦτον ποιεῖν βλέπειν πάλιν rectissime refertur et quod cum vi quadam in fine enuntiatum ponatur satis dignum esse videtur. Ἐκπορίζομεν verbum compositum, quod unde in textum venerit, Velsenus dicere non poterit, ab usu poetae non abhorret (cf. Vesp. 365. 859. 1113), nec Meinekio displicuit; quod vero codex Dorvillianus v. 462 τί δ' ἂν ποθ' ὑμεῖς exhibet, nihil me movet neque Velsenum de hoc codice

¹⁾ vide infra p. 14. — ²⁾ ὑβρεος scribendum esse satis demonstrasse mihi videor Exercit. crit. p. 17. Duobus Eubuli locis, quos ibi laudavi, adde Theopompi comici fr. 32, 3 ed. Kock.: ἀρ' εἰ κάτοπτρον φύσεος ἦν πλήρες δοθῆς. Non debet dubitare Bartholdus Speck (De Arist. dial. Part. I: De epicarum et ionicarum formarum apud Comicum usu p. 35), qui ad quem provocat Frizschium ad Thesm. 465 non legisse videtur hoc dicere: epica forma in diverbiis abstinnisse comicos, nisi forte praesens necessitas urgeret.

tacentem movisse videtur. Itaque hic solum Vaticanum peccasse, *RVA* veram lectionem servare dicemus.

Idem Velsenus non recte fecisse videtur, quod v. 1163 verborum ordine, qui in solo Vaticano est, accepto ex Hemsterhusii coniectura scripsit:

ποιεῖν ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ μουσικῆς,
cum Bergkii, Meinekii, Dindorfii scripserint, quae in *RVA* leguntur:

Nam ut, quae etiam Meinekii sententia fuit¹⁾, μουσικῆς scribendum sit, tamen non video, cur verborum ordo mutandus sit; cf. Plat. Leg. XII, p. 947E κατ' ἐνιαυτὸν δὲ ἀγῶνα μουσικῆς αὐτοῖς καὶ γυμνικῆς ἐπιτιμῶν τε θήσουσι.

v. 576 sq. haec leguntur:

ΠΕΝ. ὅτι βελτίους αὐτοὺς ποιῶ. σκέψασθαι δ' ἔστι μάλιστα
ἀπὸ τῶν παιδῶν· τοὺς γὰρ πατέρας φεύγουσι, φρονοῦντας ἄριστα
αὐτοῖς. οὕτω διαγινώσκων χαλεπὸν πρῶγμ' ἔστι δίκαιον.

ἔστι δίκαιον *RVA*, ἔστι τὸ δίκαιον *U*. Negari nequit in archetypo *a* posse scriptum fuisse ἔστι τὸ δίκαιον, deinde et in *a* et in *A* articulum metrum pessumdantem expulsum esse; potest vero etiam *a* librario metrum negligente in Vaticano articulus additus esse. Illud crederem, si etiam nunc τὸ δίκαιον scribendum esse opinarer²⁾; nunc vero sententia mutata non Hanovio³⁾ et Meinekio⁴⁾ δίκαιον cum πρῶγμα coniungi iubentibus adsentior, sed quid iustum sit hic non quaeri cum Dobraeo consentio. Neque habeo, cur quod Dindorfius coniecit: οὕτω διαγινώσκων χαλεπὸν πρῶγμ' ἔστι τὸ κρείττον τὸν εὐνοῶν γε καὶ κηδόμενος. *ΦΕΙΛ.* εἰπέ δὴ μοι, οὐ καμῖ σοι δίκαιόν ἐστιν εὐνοεῖν ὁμοίως τύπτειν; *ΣΤΡ.* ἔγωγε σ' εὐνοῶν γε καὶ κηδόμενος. *ΦΕΙΛ.* εἰπέ δὴ μοι, οὐ καμῖ σοι δίκαιόν ἐστιν εὐνοεῖν ὁμοίως τύπτειν; *ΣΤΡ.* ἐπειδὴ περ τόδ' ἐστὶν εὐνοεῖν τὸ τύπτειν; Paupertatem dixisse conicio: οὕτω διαγινώσκων χαλεπὸν πρῶγμ' ἔστι τὸν ἐκείνο sc. τὸ εὖ φρονεῖν.

Ex eis lectionibus, quae in Vaticano a ceteris codicibus diversae a prima vel a tertia manu (*U*⁵⁾ inter lineas superscriptae leguntur, duae dignae sunt, quae commemorentur. v. 585 ubi *FAU*, quod metri lege excluditur, ἀθλητῶν exhibent, Vaticanus ἀσκητῶν, quod in *R* legitur, superscriptum praebet. v. 1051 in omnibus et codicibus et editionibus haec leguntur:

ἐν τῷ προσώπῳ τῶν ῥυτίδων ὅσας ἔχεις,

in Vaticano legitur: τῶν ῥυτίδων. Miror neminem de genitivo dubitavisse, qui eo usu, de quo Fischerus ad v. 694 τῆς ἀθάρτης πολλὴν nonnulla adnotavit, alienissimus est. Quae legi solent, hoc valent: ὧν ἔχεις ῥυτίδων ὅσας ἔχεις ἐν τῷ προσώπῳ, cum hoc dicendum fuisse videatur: ἃς ἐν τῷ προσώπῳ ἔχεις ῥυτίδας, ὅσαι εἰσὶν sive ἐν τῷ προσώπῳ τὰς ῥυτίδας ὅσας ἔχεις, quod Aristophanem scripsisse existimo. Itaque v. 585 et in archetypo *a* et in codice *a* ἀσκητῶν, in codice *β* aut idem aut

γρ. ἀθλητῶν γρ. τῶν ῥυτίδων
ἀθλητῶν, v. 1051 in archetypo *a* τὰς ῥυτίδας, in codice *a* τῶν ῥυτίδων, in codice *β* aut τὰς ῥυτίδας aut γρ. τὰς ῥυτίδας
τῶν ῥυτίδων scriptum fuisse videtur.

RVU eodem iudicio ab editoribus damnati sunt v. 188 γέγονεν (*A* γέγον'), v. 316 *R* εἶα, *FA* αἶψ' εἶα (*A* ἀλλ' εἶα)⁶⁾, v. 397 add. λέγω, v. 558 γινώσκων (*A* γιγνώσκων)⁶⁾, v. 579 διαγινώσκων (*A* διαγινώσκων), v. 835 εὐεργέτησα (*A* εὐεργέτησα), v. 957 ὅτ' ἔστ' (*A* ὅτι ἔστ'). v. 441 *RVU* φεύγομεν, *A* φεύγομεν exhibent. Dindorfius et Meinekii ἀλλ' ἄνδρε δύο γυναῖκες φεύγομεν μίαν ediderunt, quod ego

¹⁾ Vind. Arist. p. 225. Cur Augustus Roeper inter sententias controversas dissertationi, quam de dualis usu Plantino (Bonn. 1878) conscripsit, adiectas hunc versum ab interpolatore confectum esse videri contenderit, non adsequor. — ²⁾ Z. f. d. Gw. 1866, p. 224. — ³⁾ Exercit. crit. p. 104. — ⁴⁾ Vind. Aristoph. p. 213. — ⁵⁾ Bergkii solus αἶψ' εἶα recepit; cf. Ran. 394, ubi omnes codices αἶψ' εἶα exhibent, cum metrum διλλ' εἶα poscat. — ⁶⁾ vide Wecklein. l. l. p. 56 sq.

interpretari non possum. Aut coniunctivo aut indicativo futuri utendum fuit ut Av. 1639 ἡμεῖς περὶ γυναικὸς μᾶς πολεμήσομεν; Itaque Bergkii et Velseni recte fecisse videntur, quod φεύγωμεν scripserunt.

v. 126 cum Bergkio et Dindorfio ex communi Ravennatis, Veneti, Vaticani scriptura κἄν μικρόν χρόνον legere malim quam cum Meinekio et Velseno κἄν σμικρὸν χρόνον ex Parisini lectione κἄν ἐπὶ σμικρὸν χρόνον; vide quae supra p. 1 adnotavimus.

v. 927 RVU πάντα ταῦτα, A ταῦτα πάντα. Hoc Bergkii, Meinekii, Velseni praetulerunt, illud Dindorfius. Bachmannus (Phil. Anz. XII, p. 371) sedecim locos collegit, ubi pronomem demonstrativum pronominali antecedens omnes codices tuentur, quinque, ubi codices differunt. Duobus locis omnes codices contrarium ordinem praebent: Vesp. 514 ὡς πάντα ταῦθ' ἀμυρτάνεις et fragm. 294, 3 ed. Kock. πάντα ταῦτ' ἐχοῖτό μοι. Ubique illum ordinem restitui posse praeter Ran. 1130 et Pl. 979, de quo loco supra p. 8 egimus. Silentio praetermisit homo doctissimus duos locos, ubi πάντα ταυτί tutissimum est Eq. 99 πάντα ταυτί καταπάσω et Pac. 319 πάντα ταυτί συνταράξει. Mihi in Pluto et v. 927 et v. 531, ubi R πάντων τούτ', AU πάντων τούτων, V τούτων πάντων praebent, trium codicum consensui id tribuendum esse videtur, ut illic πάντα ταῦτα, hic πάντων τούτων scribatur.

Aliter de vv. 592 et 586 iudico. Illic R κοῖνω, VU κοῖνω, A κοῖνον, hic R κοῖνω στεφάνω (lemma scholii: κοῖνω στεφάνου), V κοῖνον στεφάνω, AU κοῖνω στεφάνω. Ex κοῖνω, quod Bergkii et Meinekii receperunt, Porsonus novi adiectivi dativum κοῖνω effecit, quod Dindorfius et Velsenus receperunt, Meinekii (Vind. Arist. p. VIII) recipere se debuisse dixit. Kappeynius van de Coppello ad v. 586 adnotat: „Ven. habet κοῖνον στεφ., quod bene Graecum esse videtur; eodem modo dicitur στέφανος δάφνης et δάφνης“. Weckleinus (Mus. Rhen. XXIV, p. 549) paene constantem inscriptionum usum στεφανῶσαι χρυσοῦ, θαλλοῦ στεφάνω lectionem κοῖνον στεφάνω commendare rectissime dixit. Vide C. i. A II, 108° 26 σ[τεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνω, 660, 16 στέφανος χρυσοῦς θαλλοῦ, 17 id., 18 στέφανος χρυσοῦς θαλλοῦ et cf. Xenarch. fr. 13 ed. Kock. φιλόφας εἶχε γὰρ ὁ παῖς ἄφυλλον στέφανον ἀμφικείμενον, Plat. Symp., p. 212 E ἐστεφανωμένον αὐτὸν κιττοῦ τέ τι στεφάνω δασεῖ καὶ ἴων. Quae cum ita sint, cum Weckleio utroque loco κοῖνον praeferre malim.

v. 197 codices haec exhibent:

RVU ἢ φησιν οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον
A ἢ φησιν ἀβίωτον αὐτῷ τὸν βίον.

Dindorfius edidit:

ἢ φησιν οὐκ εἶναι βιωτὸν τὸν βίον,

Meinekii et Velseni:

ἢ φησιν οὐ βιωτὸν εἶναι τὸν βίον,

Bergkii:

ἢ φησιν οὐ βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον,

sed in praefatione pro αὐτῷ fortasse εἶναι scribendum esse dixit.

Aristophanes neque hoc nec quod Dindorfius scripsit voluisse videtur, quippe qui φημί verbo negationem aut cum infinitivo praemittere soleat ut Eq. 570 οὐ μαχεῖσθαι φασιν, Nub. 902 οὐδὲ γὰρ εἶναι πάνν φημί δίκην, v. 903 οὐκ εἶναι φής; Vesp. 593 οὐχὶ προδώσειν ὑμᾶς φασίν, v. 1024 οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν¹⁾ aut sine infinitivo ut Ach. 771 οὐ φατι τάνδε χοῖρον ἤμεν, Nub. 1059 οὐ φησι χρῆναι τοὺς νέους ἀσκέειν, v. 1139 οὐ φασὶν ποτε οὕτως ἀπολήψουσθ', Vesp. 1027 οὐδενὶ πώποτε φησι πιθέσθαι, v. 1029 οὐδ' ὅτε πρώτιστ' ἤρξε διδάσκειν, ἀνδραρίους φήσ' ἐπιθέσθαι, v. 1036 οὐ φησιν δέσας καταδωροδοκῆσαι, Ran. 1167 οὐ φημί τὸν Ὀρέστην κατελθεῖν οἴκαδε, Plut. 509 οὐ φημ' ἂν λυσαιτεῖν σφιγν²⁾. Uno loco negatio φημί verbum sequitur: Nub. 1044 ὅστις σε θερμοῦ φησι λοῦσθαι πρῶτον οὐκ ἐάσειν, ubi οὐκ cum ἐάσειν ex usu satis noto unam notionem efficit. Quae cum ita sint, si in libris scriptum esset, ἢ οὐ φησιν εἶν' αὐτῷ βιωτὸν τὸν βίον hanc lectionem ad Aristophanem auctorem

¹⁾ cf. Nub. 686 οὐ φανεῖν ἐφασκεν ὑμῖν. — ²⁾ cf. Lys. 703 οἱ δὲ πέμψειν οὐκ ἐφασκον.

referre non dubitarem, cf. Ach. 769, Eq. 953, Lys. 128; nunc vero verisimilius est et in archetypo α et in β hoc scriptum fuisse:

οὐκ εἶναι βιωτὸν
ἢ φησιν εἰν' ἀβιώτων αὐτῷ τὸν βίον

et inde in α et in Vaticanum transiisse ἢ φησιν οὐκ εἶναι βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον, in Parisinum omisso infinitivo ἢ φησιν ἀβιώτων αὐτῷ τὸν βίον.

De εἶναι infinitivi elisione dubitavi, sed dubitare desii. Nam etsi ex eis locis, quos Meinekius Com. IV, p. 150 collegit, unus Av. 1340 ab ipso Meinekio aliisque ex Bentlei coniectura sic scriptus: *ψευδαγγελήσσειν ἄγγελος* elisioni illi iam non magis patrocinator quam Phrynichi fragmentum (54 ed. Kock.), ubi *αἰτίαν ἔχει ποτηρὸς εἶναι τὴν τέχνην* recte legitur, tamen duobus qui restant locis Nub. 1357, ubi *εἶναι ἴσασκε* scribere possis, et Ran. 692, ubi Velsenus ex Bruckii coniectura *εἶναι ὅν τῇ πόλει* scripsit, *εἰν' ἔφασκε* et *εἰν' ἐν τῇ πόλει* scribendum esse concedet, qui Eq. 751 *παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα*, Av. 976 *διδόν' aut δοῦν' ἔνεστι*, Eupol. fr. 341 (ed. Kock.) *ἀπείν' ἐς τὰ φρούρια* comparaverit. Neque adsequor qui possit factum esse, ut comici, quae Kruegeri¹⁾ fuit sententia, in passivis terminationibus *αι* diphthongum elidere vellent, in activis nollent.

v. 1141 *RU* ἐφ' ᾧ γε μετέχων καὶ τὸς, ᾧ τοιχωρύχει, *V* ἐφ' ᾧ μετέχων κτλ., *A* ἐφ' ᾧτε exhibent; editores omnes ἐφ' ᾧτε scripserunt. Si ullum Comicorum locum novissem, ubi ἐφ' ᾧ cum infinitivo legeretur²⁾, ἐφ' ᾧ γε scribendum esse dicerem, quia γε particula caute concedentes uti solent, praesertim in brevibus enuntiatis ad alterius verba aptatis; cf. v. 550 *ἐμῆς γ' οἴπερ καὶ Θρασυβούλῳ Διονύσιον εἶναι ὁμοιον*, v. 795 *ἔδον γε παρὰ τὴν ἐστίαν ὥσπερ νόμος*, v. 1019 *ὅποτε προτείνοιεν γε δραχμὰς εἰκοσιν*, v. 1037 *εἰ τυγχάνοι γ' ὁ δακτύλιος ὦν τηλίας*, v. 1135 *εἰ που δέει γ' ὦν δυνατὸς εἶμι σ' ὠφελεῖν*; nunc vero ἐφ' ᾧτε recte scribi puto; cf. v. 1000. Ach. 722. Thesm. 1162.

v. 153 Parisinus solus *ταῦτόν τοῦτο δρᾶν* exhibet, *R* αὐτὸ τοῦτο δρ., *VU* ταὐτὸ τ. δρ. Editores ταὐτὸ scripserunt; ego ταῦτόν praefendum puto. Nam etsi Aristophanem ταὐτὸ forma non omnino abstinnisse Nubium versus 1281 *ἴκων κάτωθεν ταὐτὸ τοῦθ' ἔδωρ πάλιν* docet, tamen ubicunque per metrum licet ταὐτόν scribendum esse videtur. Ac recte Weckleinus l. l. p. 30 Nub. 234 *πάσχει δὲ ταῦτόν τοῦτο* scribi iussit³⁾.

Antequam ad eos locos transeamus, ubi *RAU* peccantibus *V* solus veram lectionem servare videtur, eos quos *V* solus corruptos exhibet colligere ex re erit.

Ac primum quidem omisit Venetus solus vv. 120. 583. 912 *ἄν*, v. 136 *τί*, v. 144 *λαμπρόν καὶ*, vv. 166. 167. 337. 896⁴⁾. 897 *γ'*, v. 172 *τάς*⁵⁾, v. 265 *τιν'*, v. 273 *φύσει*, v. 389 *πάνν*, vv. 424 et 680 *τι*, v. 444 *στῆθι*, v. 501 *ἔτι*, v. 502 *γάρ*, v. 523 *δήπου*, v. 563 *ἦδη*, v. 566 *πῶς οὐχί*, v. 807 *ᾧτι*, v. 822 *ἦν*, v. 838 *εὖ*, v. 971 *μὰ Δί'*, v. 1003 *τις*, v. 1102 *ἀλλ'*, v. 1152 *ἡμῶν*. Deinde addidit solus Venetus v. 164 *νῆς*, v. 166 *ὁ*, vv. 306 et 387 *τοῦς*, v. 350 *γάρ*, vv. 356 et 438 *οὖν*, v. 377 *γ'* post *μήν*, vv. 464 et 893 *δ'*, v. 510 *νυνί*, v. 516 *οὔσι*⁶⁾, v. 615 *καὶ* ante *τῆς*, v. 903 *οὔτος*, v. 939 *τόν*, v. 1011 *γ'*, v. 1086 *τι*, v. 1092 *τι*, v. 1131 *ὥς*. Tum verborum ordine mutato haec exhibet: v. 57 *πάνν ταχέ*, v. 107 *ἦνίκα δ' ἄν*, v. 132 *ἐστὶν ὁ παρέχων*, v. 137 *οὐδεὶς ἄν*, v. 312 *τῶν δοχέων κορυμῶν τὸν λαοκτίον μιμούμενοι*, v. 426 *με τίνα*, v. 507 *ἀνθρώπων ῥῆσ' ἔσ'*, v. 511 *οὔτ' ἄν τέχνην*, v. 629 *πεπράγατε μακαρίως*, v. 747 *ἐπὶ δὲ πᾶσι*, v. 817 *δ' ἀποψώμισθα*, v. 867 *ἐστὶν ἐνίους*, v. 870 *οὐδενὸς ἑμῶν*, v. 940 *σεμνοῖς ἡμῶν*, v. 969 *πεποίχηί μοι*, v. 1173 *βλέπειν ὁ πλοῦτος ἤρξατο*⁷⁾.

¹⁾ Gr. Gr. II, § 12, 4. — ²⁾ Ne Fritzsche quidem, qui ad Thesm. 1162 eo loco, de quo agimus, ἐφ' ᾧ γε legendum esse dixit, ad comicos provocavit, sed ad Xen. Hell. II, 2, 20 et Thuc. I, 113. Ex Xenophonte poterat addere An. IV, 2, 19, 4, 6. Hellen. VI, 3, 18. Agesil. 4, 1. Apud Thucydidem etiam I, 126, 11 et IV, 30, 4 ἐφ' ᾧ cum indicativo futuri coniungitur; nam ἐφ' ᾧ cum infinitivo coniuncti ne apud Thucydidem quidem ullum novi exemplum. — ³⁾ De inscriptionum Atticarum usu cf. Schmollingii dissertationem „Über den Gebrauch einiger Pronomina auf attischen Inschriften“ in Progr. Sedinensi a. 1882. p. 4. — ⁴⁾ v. 896 solus Dindorfius edidit τοῦ ψύχους ἰσως, Bergkii, Meinekii, Velsenus τοῦ ψύχους γ' ἰσως, recte hi quidem, cf. quae supra de v. 1141 disseruimus. — ⁵⁾ τὰς a pr. m. etiam R omisit; R² addidit. — ⁶⁾ Exercit. crit. p. 26, ubi adde Xen. An. III, 2, 25 ἀργοὶ ἔην. — ⁷⁾ vide p. 6.

Iam vero ex reliquis Veneti solius vitii graviora quaedam enumeremus omissis, quae vulgaria sunt¹⁾: v. 75 μέθειν με νῦν (*RU* μέθεισθ' ἐ νύ ν μου, *A* μέθεισθ' μου τὸ), v. 109 εὐτεχνῶς (*RAU* ἀτεχνῶς), v. 139 ὅπου (*RAU* ὅπως), v. 181 γίνεται (*RAU* πράττεται), v. 199 φράσον (*RAU* φράζει), v. 205 λαμβάνειν (*RAU* λαβεῖν), v. 228 παρών (*RAU* λαβών), v. 245 ἐπέτυχες οὐδὲ πώποτε (*RAU* οὐκ ἐπέτυχες πώποτε²⁾), v. 255 οὐ γὰρ καιρὸς (*AU* ὥς ὁ καιρὸς, *R* ὥς καιρὸς, corr. *R*³⁾), v. 285 φέρων (*RAU* ἄγων), v. 428 μηδὲν (*RAU* οὐδέν), v. 431 γενήσεται (*RAU* γίνεται, scr. γίγνεται), v. 461 ἐκπορίζοιμεθ' (vide p. 9), v. 514 βυρσοδεμεῖν (*RAU* σκυτοδεμεῖν, scr. σκυλοδεψεῖν), v. 515 πῆξας (*RAU* ῥήξας), v. 549 πενίας πτωχείαν (*RAU* πτωχείας πενίαν), v. 551 τοῦτ' αὐτὸ (*RAU* τοῦτο), v. 580 ἀποκομίζει (*RAU* ἀποπέμπει), v. 665 μέντοι γε (*RAU* μέν γε), v. 824 ἔλθωμεν (*RAU* ἴωμεν), v. 834 τότε (*RAU* τέως), v. 911 ἐστὶ μοι τὴν ἑμᾶντοῦ πόλιν (*RAU* προσήκει τὴν ἑμᾶντοῦ μοι πόλιν), v. 1013 νῆ Δία (*RAU* ὁχομενὴν⁴⁾), v. 1044 αἰσχύνομαι (*RAU* ὑβρίζομαι⁵⁾), v. 1047 ἄλλοις (*RAU* πολλοῖς), v. 1161 τί δῆτ' (*RAU* καὶ τί ἔτ'), v. 1169 εἰς (*RAU* πρός).

Vides Venetum non eum esse, cuius auctoritati plus tribuendum sit quam ceterorum codicum consensui. Itaque neque Dindorfio v. 933 ex Veneto solo ὃν ἦγες μάρτυρα pro εἶχες, quod in *RAU* legitur, scribenti neque Bergkio v. 1190 Veneti solius lectionem αὐτόματος ἐλθὼν ceterorum lectioni αὐτόματος ἦκων⁶⁾ praeferenti adsentieris, praesertim cum saepius Venetum synonyma substituisse memineris (181. 285. 514. 580. 824. 834. 911). Ne v. 406 quidem, ubi *RAU* οὐκουν λατρὸν εἰσαγαγεῖν ἐχρῆν τινα; *V* εἰσάγειν exhibet pro εἰσαγαγεῖν, Bergkii et Dindorfii aoristum, Meinekii et Velsenii praesens praetulerunt, a trium codicum lectione discedendum esse videtur; cf. Av. 1177 οὐκουν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς. v. 448 Velsenus solus ex solo Veneto δεδιότες pro δεδιότε recepit non deceptus, ni fallor, Veneti auctoritate, quippe qui in talibus rebus codicum auctoritatem paene nullam esse probe sciat, sed quia in versu proximo ἀπολιπόντες legit; sed hoc recte legi nego. Ex Velsenii enim scripturae discrepantia luculentissime apparet in archetypo *a* inde a v. 446 haec scripta fuisse:

δεινότατον ἔργον παρὰ πολὺ
ἔργων ἀπάντων ἐργασόμεθ' εἰ τὸν θεὸν
ἔρημον ἀπολιπόντες ποι φενξοῦμεθα
τηνδὲ δεδιότες μηδὲ διαμαχοῦμεθα.

Ac sic Bergkii, Meinekii, Dindorfii scripserunt, sed Meinekii adnotavit: „ἐργασόμεθ' εἰ: ἐργασομένην (quidni ἐργασόμεθα?) et 447 ἀπολιπόντες εἰ Dobraeus.“ Hinc Velsenus hausit, quae solus edidit: ἐργασόμεθα, τὸν θεὸν ἔρημον ἀπολιπόντες εἰ φενξοῦμεθα nescio qua ratione ductus. Ego neque in codicum lectione quid reprehendi possit⁷⁾ intellego et in Velsenii lectione εἰ ab initio enuntiati tam longe recedere aegre fero. Ac dualis formam etiam v. 449 (πεποιθότες pro πεποιθότες, quod in omnibus codicibus legitur) restitui recte iussisse videtur Naberus Mnem. N. S. XI, p. 43.

Etiam de v. 1078 a Velseno dissentio, qui, quod in solo Veneto legitur, ἐπέτρην' ἐγὼ communi ceterorum codicum lectioni ἐπέτρεπον praetulit; nam quod Exercit. crit. p. 22 sq. scribendum proposui:

οὐκ ἂν ποί' ἄλλω τοῦτ' ἐπέτρεπον ἂν ποιῶν,

id verum esse nunc etiam magis confido, postquam de Veneti auctoritate rectius iudicare didici. Quae illic collegi ἂν particulae in eodem enuntiato iteratae exempla, eis nunc unum addere libet, ubi ἂν cum καὶ intensivo crasi coniunctum in eodem enuntiato alterum ἂν sequitur: Vesp. 171 οὐκουν καὶ ἂν ἐγὼ αὐτὸν ἀποδοίμην δῆτ' ἂν; et Eq. 13, ubi non dubito, quin ex Hirschigii coniectura ad Lysistratae versus 191 τίς ἂν οὐ γένοιτ' ἂν ὄρκος; similitudinem post τίς particula ἂν interiecta scribendum

¹⁾ v. 240 Meinekii, Dindorfii, Velsenii non debebant ex uno *V* edere σμικρόν; vide supra p. 1. De v. 531 ubi solus *V* τοῦτων πάντων exhibet vide p. 11. — ²⁾ vide Exercit. crit. p. 19 sq. — ³⁾ vide Exercit. crit. p. 21 sq. cf. quae Weckleinii Mus. Rhen. XXIV, p. 549 dixit. Apud Sophoclem OR 1050 εὐρεσθαι pro εὐρησθαι scribendum esse cum Bellermanno consentio. — ⁴⁾ vide Exercit. crit. p. 19. — ⁵⁾ vide Exercit. crit. p. 16 sq. — ⁶⁾ vide Exercit. crit. p. 22. Bachmann. l. l. p. 86. Ran. 1163 ἦκειν Velsenii cum Hirschigio, ubi codices omnes ἐλθεῖν. — ⁷⁾ De ποι cf. Ach. 1035 ἀπὼν οἰμωξέ ποι. Thesm. 792 καὶ ἐξέλθῃ τὸ γυναιὸν ποι.

sit: τίς ἂν οὖν γένοιτ' ἄν; nam sic enuntiata incipere Aristophanes amavisse videtur, cf. τίς ἂν οὖν κτλ. Vesp. 348. Eccl. 363, τί ἂν οὖν Thesm. 707, πῶς ἂν οὖν Eq. 17. Thesm. 22, unde etiam Plut. 335 aliquid praesidii peti possit codicibus hunc versum sic exhibentibus: τί ἂν οὖν τὸ πρῶγμ' εἴη καὶ πόθεν; καὶ τίς τρέπων contra Meinekium, qui τί τὸ πρῶγμ' ἂν εἴη καὶ πόθεν; καὶ τίς τρέπων scripsit¹⁾.

v. 452 et v. 878 *R* et *β* inter se consentientes et sibi constantes οὗτος et οὗτοσί Aristophane invito inseruisse iudicandi essent, si Velsenus illic:

θάρρει· μονώτατος γὰρ ὁ θεὸς οἶδ' ὅτι
pro θάρρει· μόνος γὰρ ὁ θεὸς οὗτος οἶδ' ὅτι

recte coniecisset, hic:

ἅπασι τοῖς Ἑλλήσιν ὁ θεὸς ἐστιν, εἰ
pro ἅπασι τοῖς Ἑλλήσιν ὁ θεὸς οὗτος, εἰ

recte edidisset. Illic enim Venetus solus οὗτος omittit, hic *RAU* ὁ θεὸς ἔσθ' οὗτοσί (*U* οὗτος) εἰ, Venetus ὁ θεὸς ἔσθ' ὅτι exhibent. Sed quod praeter hos duos locos Plutum non a sectatoribus i. e. ab hominibus iustis, sed ab adversariis solis ipsi succensentibus ὁ θεὸς οὗτος vocari recte observavit, homini de Aristophane optime merito fraudi fuisse videtur. Nam ut non dicam hos duos versus inter se tueri, illic hunc potissimum deum natura inimicum paupertati victorem evasurum esse οὗτος pronomine adiecto maiore vi contenditur, hic ad gravitatem, ne dicam maiestatem verborum, quibus homo iustus utitur, satis apte pronomen additum est, quod nisi cum contemptu dici non posse nemo evincet. Ac copula deleta hic totus locus:

νῆ τὸν Αἴα τὸν σωτήρα, πολλοῦ γ' ἄξιος
ἅπασι τοῖς Ἑλλήσιν ὁ θεὸς οὗτος, εἰ
τοὺς συκοφάντας ἐξολεῖ κακὸς κακῶς

his satis similis est: Eq. 609 δεινὰ γ' ὦ Πόσειδον, εἰ μὴδ' ἐν βυθῷ δυνήσομαι — διαγυγῆν τοὺς ἱππείας, Av. 1269 δεινὸν γε τὸν κήρυκα τὸν παρὰ τοὺς βροτοὺς οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε ροστήσει πάλιν, Ach. 315 τοῦτο τοῦπος δεινὸν ἦδη καὶ ταραξικάρδιον, εἰ σὺ τολμήσεις ὑπὲρ τῶν πολεμίων ἡμῖν λέγειν, Vesp. 426 τοῦτο μέντοι δεινὸν ἦδη νῆ Αἴ, εἰ μαχόμεθα, Lys. 779 καὶ γὰρ αἰσχρὸν τουτογί, ὦ φίλταται, τὸν χρησμὸν εἰ προδώσομεν, Plut. 329 δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλον μὲν εἶνεκα ὡς τιζόμεσθ' ἐκάστοι' ἐν τήκαλῃσιν, αὐτὸν δὲ τὸν Πλοῦτον παρέρην τῷ λαβεῖν, quibus enuntiatis omnibus vides copulam deesse. Quae cum ita sint, etiam his duobus locis Venetum, non *RAU* peccasse iudicabimus. Neque aliter de v. 1148 iudicare possum, etsi vereor ne in inconstantiae crimen incurram, quippe qui in Exercitationibus criticis prioribus eos damnaverim, qui codicis alicuius scripturae una parte contra ceteros comprobata eiusdem reliquam cum ceteris congruentem ex coniectura simul immutarent. Illic enim *RAU* hunc versum intolerabilem praebent:

ἔπειτ' ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς ἐνταυθοῖ²⁾ μενεῖς,

Venetus versum iustum hunc:

ἔπειτ' ἀπολιπὼν τοὺς θεοὺς ἐνθάδε μενεῖς,

quem editores recipere non dubitaverunt. Mihi parum verisimile videtur in archetypo a ἐνθάδε scriptum fuisse et aliquo casu et in *R* et in *β* in ἐνταυθοῖ mutatum esse; contra facile creditur, in Veneto versum illum intolerabilem sanatum esse adverbio synonymo substituto ut v. 878. Sed gravius est, quod haec versus clausula ἐνταυθοῖ μενεῖς apud Aristophanem ter recurrit: Nub. 814 οὗτοι μὰ τῆν δριγλήν ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς, Vesp. 1442 οὗτοι μὰ τὴν Αἴμητ' ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς, Thesm. 225 οὐ γὰρ μὰ τὴν Αἴμητ' ἔτ' ἐνταυθοῖ μενεῖς. Itaque Aristophanem scripsisse suspicor:

ἔπειτ' ἀπολιπὼν τὸν Αἴ ἐνταυθοῖ μενεῖς,

deinde postquam τὸν Αἴ casu infelici interciderit τοὺς θεοὺς interpositum esse. Mercurius esuriens

¹⁾ Quod Velsenus dedit: τί ἂν οὖν τὸ πρῶγμα καὶ πόθεν; καὶ τίς τρέπων non ad Meinekium, sed ad Cobetum referendum fuit auctorem; vide Mnem. II, p. 221. Mihi Bergkii et Dindorfii recte fecisse videntur, quod καὶ priore expulso ediderunt: τί ἂν οὖν τὸ πρῶγμ' εἴη; πόθεν καὶ τίς τρέπων cf. Av. 592 πλουτεῖν δὲ πόθεν δίδωμεν αὐτοῖς; — ²⁾ Hoc adverbium in inscriptione Attica archonte Enclide vetustiore in οἱ desinens vidi in Palingenesia Atheniensi a. 1880. nr. 4668, lin. 13.

ut hominibus terrorem iniceret a Iove iracundo se venisse v. 1107 significaverat et lepidius Cario hoc loco Mercurii condicionem ad suae humilitatem detrahens illum num Iovem erum suum derelicturus sit interrogat quam num deos, quorum unus est Mercurius.

Iam vero eos locos enumeremus, ubi *RAU* vitiis inquinati sunt, quibus Venetus, se liberum praestat.

v. 256 παρόντας (*V* παρόντ'), v. 286 ἅπασιν ἡμιν (*V* ἡμιν [scrib. ἡμῖν] ἅπασιν¹⁾), v. 307 γρολλίζοντες (*V* γρολλίζοντες), v. 340 θαυμαστόν (*V* θαυμάσιον), v. 621 ἐγκατακλινοῦντες (*V* ἐγκατακλινούντ'), v. 707 εὐθὺς ἐγὼ μὲν (*V* ἐγὼ μὲν εὐθύς), v. 715 οὐκ ὀλίγας εἶχε(ν) (*V* εἶχε οὐκ ὀλίγας), v. 781 ἐνεδίδουν (*V* ἐπεδίδουν²⁾), v. 948 ὅτι (*V* ὅτι ἦ, scrib. ὅτι ἦ)³⁾, v. 975 *R* ἦν δὲ ἄνδρ', corr. in ἦν *R*⁴⁾, ἦν δὲ *AU* (*V* ἦν), v. 1037 τυχάνει (*V* τυγχάνοι), v. 1116 ἐπιθύει (*V* ἐτι θύει), v. 1131 πρὸς (*V* περὶ). Adde duos locos, ubi *RAU* inter se differentibus *V* solum veram lectionem servare editores consentiunt: v. 342 γε (*R* γε τι, *A* τι, *U* τὸ) et 1122 ὅς (*R* ὅς ὅς⁴⁾, *A* ὅς, *U* ὅς), v. 1205 recte legitur ταῖς μὲν ἄλλαις γὰρ χύτραις propter metrum γὰρ a μὲν particula dissociata ut Lys. 595 ὁ μὲν ἦκων γὰρ. Illic a librariis et in *R* et in *β* ordo sollemnis Aristophane invito restitutus (ταῖς μὲν γὰρ ἄλλαις), in *V* γὰρ in γε mutatus est (ταῖς μὲν ἄλλαις γε).

Etiam v. 203 editores ex Veneto δειλότατόν (*RAU* δειλότατός) ἐσθ' ὁ πλοῦτος recipiendum esse consentiunt, cum v. 1049 quod Venetus solus praebet ἀκόλαστος (*RAU* ἀκόλαστός) ἐστὶν αἱ τοὺς τρόπους sc. ὁ νεανίας eidem reiciant, rectissime utrumque. Nam ubi de certis quibusdam hominibus agitur, adiectivum praedicativum aut masculinum aut femininum sit necesse est, ubi de hominum genere vel generibus, recte neutro adiectivi praedicativi utuntur ut Vesp. 27 δεινόν γε τοῦσ' ἀνθρώπους ἀποβαλὼν ὄπλα, Av. 451 δολερόν μὲν αἰ κατὰ πάντα δὲ τρόπον πέφκεν ἀνθρώπος, Plat. com. fr. 43, 1 (ed. Kock.) γυνὴ καθεύδουσα ἐστὶν ἀργόν. Illo priore vero Pluti loco Dindorfius non recte fecit, quod Πλοῦτος nec tamen δειλότατος scripsit, recte ceteri, quod et πλοῦτος et δειλότατος; nam in sententiis illis, ad quas Chremylus provocat⁵⁾, πλοῦτος nomen appellativum, non proprium erat. Etiam v. 573 ex *RV* ὥς ἐστιν ἄμεινον περὶ πλοῦτον recipiendum est pro ἀμείνων, quod editores nescio cur praetulerint.

v. 607, ubi *RAU* οὐ μέλλειν χορῇ σ', *V* οὐ μέλλειν χορῇ σ' exhibent, Meinekios solus Venetum secutus est, Blaydesium secuturum esse inde colligo, quod ad Eccl. 581, ubi ex codicibus *B* χορῇ, *RNF* χορῇ exhibent⁶⁾, hoc adnotavit: „Praestat fortasse χορῇ. cf. ad Pl. 607.“ Etiam mihi χορῇ scribendum esse videtur (cf. Av. 364 οὐ μέλλειν ἐχορῇ. fr. 2 ed. Kock. οὐ μέλλειν ἐχορῇ), praesertim cum χορῇ sae-

¹⁾ Bergkios solus ἅπασιν ἡμιν scripsit; vide Kockium et Blaydesium ad Av. 386. Egerum ad Lys. 124. —

²⁾ cf. Blaydesium ad Thesm. 213. — ³⁾ ὅτι κατὰ λέιν si scribitur, proceleusmaticus in versus initio vitatur ut Lys. 11 ὅτι κατὰ μὲν, ubi *R* solus, et Pac. 211, ubi *S* (Marcianus 475) solus et Vesp. 786 ὅτι κατ' ἐμαυτὸν et Nub. 756 ὅτι κατὰ μῆνα, ubi omnes codices ὅτι servarunt. Av. 181 Dindorfius contra codices ὅτι δὲ πολεῖται scripsit; Blaydesius, qui ὅτι δὲ πολεῖται edidit, postea ad Pac. 211 ὅτι δὲ πολεῖται scripsit. Ceterum Richtero ne ictus in ὅτι particulae syllabam alteram cadat ad Vesp. 853 et Av. 1575 ὅτι τὸν ἀνδρ' pro ὅτι τὸν ἀνθρώπον et Plat. 746 ὅτι βλέπειν pro ὅτι βλέπειν scribi iubenti neutro loco obsequendum puto. — ⁴⁾ Quod de Rav. et Ven. p. 38 conieci, nunc improbo. — ⁵⁾ cf. Eur. Phoen. 597 δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν. (Carcin. fr. 10 Nck.) et fr. 237 ὁ πλοῦτος δ' ὁμαθία δειλὸν δ' ὁμα. — ⁶⁾ Alio loco (L. C. 1885, p. 182 sq.) nuper in Velsenii Ecclesiastiarum editionis censura de eorum codicum, quibus homo doctissimus ibi usus est, origine et affinitate quam brevissime quid sentirem indicavi, quam sententiam hic paucis confirmabo. Ac primum quidem *B* et *Γ* ad eundem fontem referendos esse ex his locis apparet, ubi ambo soli peccant: om. vv. 43. 461. 628. 633. 802. 988. 1136—1182, v. 357 om. ὄνυσσον—σφόδρα, v. 363 om. μοι—τίνα, v. 365 om. μύρων—ἀρετήσεται, v. 398 om. πρῶτον Νεοκλειδῆς, v. 559 om. κατὰ τί—v. 561 λοιπόν, v. 800 om. ἦν—801 αὐτοῖς. Horum archetypi eundem fontem fuisse quem codicis *A* inde apparet, quod *ABΓ* soli vv. 24—26, v. 81 ἄλλος, v. 198 καὶ omittunt, v. 3 δισσάς pro σάς, v. 175 πράγματα βαρέως, v. 188 μισθοφοροῦντας pro μισθοφορεῖν ζητούντας, v. 200 γενοῦ χρηστός, v. 234 οἰζούουσιν exhibent. *N* codicem ad *ABΓ* propius accedere quam ad *R* docent hi loci ubi (*A*)*BΓN* idem vitium traxerunt, *R* intactus mansit: v. 223^b om., v. 243 ἐπιθυμοῦσιν pro ἐπιθυμήσουσιν, v. 303 om. ἐν τοῖς στεφανώμασιν, v. 374 τριβώνιον pro χιτῶνιον, v. 385 πάντες σκυτοτόμοι pro πάντας σκυτοτόμους, v. 441 ἐφη πράγμ' εἶναι pro εἶναι πράγμ' ἐφη, v. 575 εὐνυχίαισι pro ὠφελίαισι, v. 611 add. τοῦτον, v. 616 ζητοῦσιν pro ζητήσουσιν, v. 666 om. αὐθις. Hinc apparet v. 581 duas codicum classes *χορῇ* testari.

pissime in *χοή* corruptum sit; vide Eq. 535, ubi Ambrosianus solus *χοῖν*, ceteri *χοή*, Av. 1434, ubi *A*, Thesm. 74, ubi Suidas, vv. 793. 832. 966, ubi *RG* *χοή* exhibent.

De v. 989, ubi *RAU* *ἐνεκεν*, *V* *ἐνεκα* praebet, quae in Libellis societatis philologiae Berol. VIII, p. 194 adnotavi, etiamnunc mihi probantur; sed quod tum dixi, exspectanda erunt, quae Blaydesius ad Nub. 420 se adnotaturum esse promisit.

v. 993 codicum lectiones hae sunt:

R ἀλλ' οὐχὶ τοῖνον ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει
V ἀλλ' οὐχὶ νῦν ὁ βδελυρὸς ἔτι τὸν νοῦν ἔχει
A ἀλλ' οὐχὶ νῦν ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει
U ἀλλ' οὐχὶ νῦν ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει.

Bergkii et Dindorfii, cum ἀλλ' οὐχὶ νῦν ὁ βδελυρὸς ἔτι τὸν νοῦν ἔχει ederent, hanc ipsam Veneti lectionem esse non magis compertum habuisse videntur quam Meinekii, cum Vind. Arist. p. 219 haec scriberet: „Elmsleius ἀλλ' οὐχὶ νῦν ἔθ' ὁ βδελυρὸς, praeunte Brunckio qui edidit ἀλλ' οὐχὶ νῦν γ' ὁ βδελυρὸς ἔτι τὸν νοῦν ἔχει. Hoc omisso γ' recepit Bergkii. Rav. ἀλλ' οὐχὶ τοῖνον ὁ, unde feci ἀλλ' οὐχὶ τοι νῦν ὁ βδελυρὸς, nam ἔτι cur interponatur nihil causae est.“ Postquam quod Bergkii recepit in Veneto legi Velsenus aperuit, id non amplecti etsi imprudentis esse videtur, tamen non possum a me impetrare, ut Aristophanem non hoc potius scripsisse suspicer: ἀλλ' οὐχὶ καὶ νῦν ὁ βδ. τ. ν. ἔ. cf. Pac. 316 οὔτι καὶ νῦν ἔστιν αὐτὴν ὅστις ἐξαιρήσεται, quem locum frustra tentarunt, et Ach. 502 οὐ γὰρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων; hoc enim ex *ABCPA* recipiendum esse puto, non νῦν γε ex *RG*.

v. 1139 *V* hoc praebet:

καὶ μὴν ὁπότε τί σκενάριον τοῦ δεσπότου,

RAU: καὶ μὴν ὅτε γε σκενάριον τοῦ δεσπότου.

Illud Bergkio, Dindorfio, Velseno placuit, hoc Meinekii ita accepit ut καὶ μὴν ὁπότε γε σκενάριον τοῦ δεσπότου scriberet. Ac γε eo commendatur, quod Aristophanes καὶ μὴν particulis sociatis praesertim si adversativam vim habent uno vel pluribus vocabulis intermissis γε adiungere solet, cf. Nub. 4 καὶ μὴν πάλοι γ' ἀλεκτρύονος ἤκουσ' ἐγώ, 1185 καὶ μὴν νερόμισται γ', 1414 καὶ μὴν ἔφην ἐλεύθερός γε καὶ γὰρ aliaque ex exemplis a Wehrio l. l. p. 11 congestis. Etiam certius est non ὅτε, sed ὁπότε scribendum esse; nam Aristophanes in his enuntiatis iterativis aut εἰ aut ὁπότε, non ὅτε cum optativo coniungit: Eq. 1340 ὁπότε εἴποι τις ἐν τῇ κλησίᾳ (v. 1350 εἴ γε δύο λεγοίτην ῥήτορες), 1343 τοῦτοις ὁπότε χρήσιμαί τις προσομίλοις, Vesp. 279 ὁπότε ἀντιβολοίη τις, Av. 505 χὼπ' ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ (508 εἴ τις καὶ βασιλεύει), 512 ὁπότε ἐξέλθοι, Eccl. 62 ὁπότε ἀνὴρ εἰς ἀγορὰν οἴχοιτό μιν, Plut. 1019 ὁπότε προτείνοντες γε δραχμὰς εἴκοσιν, 1145 ὁπότε τι ληφθεὶς παυροργήσας ἐγώ (εἰ 93. 1006. 1073).

De v. 271 Exercit. crit. p. 23 cum Meinekio falso dixi in Veneto ἡμᾶς ἔπειτ' legi; secundum Velsenum enim in *RAU* ἡμᾶς, in *V* ἔπειτ' scriptum est. Nunc mihi in archetypo *a* et in *u* pronomine interpretamento primum superscripto, deinde in textum recepto

μῶν ἀξιοῖς φενακίσας ἡμᾶς ἔπειτ' ἀπαλλαγῆναι

scriptum fuisse, deinde in Veneto pronomine, in *R* et in *β* ἔπειτα delendo versus ad iustum modum reductus esse videtur.

Iam de variis lectionibus quibusdam in Veneto adscriptis vel superscriptis pauca addenda sunt.

Ac primum quidem inde a v. 594 apud Velsenum haec leguntur:

παρὰ τῆς Ἑκάτης ἔξεστιν τοῦτο πνέσθαι,
 εἴτε τὸ πλουτεῖν εἴτε τὸ πεινῆν βέλτιον. φησὶ γὰρ αὕτη
 τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν,
 τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἀρπάζειν πρὶν καταθεῖναι.

v. 596 codicum lectiones hae sunt:

R κατὰ μῆνα προσάγειν

V κατὰ μῆν' ἀπὸ πέμπειν superscripto γο. κατὰ μῆνα προσάγειν

A κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν
U κατὰ μῆνα προσπέμπειν.

Videtur igitur in β κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν, in α κατὰ μῆν' ^{προσάγειν} ἀποπέμπειν scriptum fuisse. Illud etiam in archetypo fuisse et poetae ipsi dandum esse satis probabile est¹⁾; nam προσάγειν de hostiis non minus recte dicitur quam ἀποπέμπειν de Hecates cenis quas homines divites non ipsos deposuisse consentaneum est.

v. 695 ἔπειτ' ἐπειδὴ μεστὸς ἦν, ἀνεπαυόμην, quem verum *A* omittit, in *RV* a pr. m. legitur ἀνεπαυόμην, sed in margine et in *V* et in *R* (a tertia manu *R*⁴) γρ. ἀνεπαυόμην, quod in *U* legitur, adscriptum est. Etiam hoc loco in α duplex fuisse videtur lectio. Ἀνεπαυόμην scribendum esse Exercit. crit. p. 35 sq. satis demonstrasse mihi videor²⁾.

v. 871 *RA* χρήματα, *V* πράγματα adscripto γρ. χρήματα, *U* χρήματα superscripto πράγματα. Utraque lectio iam in archetypo α fuisse videtur. Aristophanes quin χρήματα scripserit, dubitari nequit³⁾.

Haud aliter v. 311, ubi quod verum est λαβόντες solus *R*, *V* ἦν λάβωμεν sed in margine: τὸ ἔξῃς οὐκοῦν σε λαβόντες κρεμῶμεν, *AU* ἦν λάβωμεν exhibent, in archetypo α et in α scriptum fuisse videtur: ἦν λάβωμεν γίνεται λαβόντες, ut v. 1110 γίνεται, unde in *R* et *U* γίνεται, in *A* τέμνεται, in *V* τέμνεται γρ. γίνεται transiit. Nam τέμνεται scribendum esse cum Meinekio et Velseno consentio. Cf. Stengelium in Symbolis Joachimicis I, p. 177 sq.

v. 50 Bergkii, Dindorfii, Velsenus ἐν τῷ νῦν χρόνῳ scripserunt et sic *AU*, Ravennas βίωι, Venetus ἔτι et in margine: γρ. γένοι καὶ χρόνῳ. Ἐν τῷ νῦν βίωι, quod Meinekii et Kappeynius receperunt, Christianum olere Bergkii non sine causa adnotasse videtur; ἔτι in ἔτι mutatum ego olim defendi De Rav. et Ven. p. 11, nunc quia non habet, quo referatur, improbo. Ἐν τῷ νῦν χρόνῳ, quod in archetypo α fuisse et *AU* et Venetus testantur, nihil habet, quod reprehendi possit; tamen quoniam in archetypo posse praeter χρόνῳ etiam γένοι scriptum et illud ad hoc interpretandum additum fuisse negari nequit, si quis ἐν τῷ νῦν γένοι scribere maluerit, ego non repugnabo; cf. Euripidis fragmentum 696 (ed. Nauck) οὐδὲν δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ νῦν γένοι.

Eas varias lectiones, quae vv. 581. 730. 1093 ad λήμαις, περιέψησεν, ὑπεπίττουν adscriptae sunt: γνώμαις, ἀπέματιεν (schol. Rav. περιέψησεν: ἀπέματιεν), ὑπεπίτρων mera interpretamenta esse apparet. Quod ad v. 106 in Veneto adscriptum est γρ. ἐμοῦ, non maioris momenti esse ex Suida disci potest s. v. οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν ἐγώ. Ἀττικῶς· ἀντὶ τοῦ πλὴν ἐμοῦ. κτλ.

v. 367 ἀλλ' οὐδὲ τὸ βλέμει αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει. Sic *AU*, *RV* ἔχεις, sed in Veneto in margine γρ. μένει adscriptum est. Bergkii, Meinekii, Dindorfii ἔχει scripserunt, quod ex usu Aristophanis dictum esse ex eis, quae Kockius ad Eq. 1354 adnotavit, apparet. Velsenus, qui Philol. XXIV, p. 150 contra me (De Rav. et Ven. p. 11) et Meinekium (Vind. p. 211) μένει glossema esse dixerat, cur nunc μένει receperit, nescio; ego μένει, quippe quod glossemati similis sit quam ἔχει, ab Aristophane scriptum esse negaverim.

v. 136 *δτινα* in Veneto tanquam varia lectio ad *δτι δή* adscriptum undecumque ortum nihili est.

v. 396 *νῆ τὸν Ποσειδῶ. BAE. τὸν θαλάττιον λέγεις*; quid γρ. *βοιώτιον λέγεις* illud in Veneto adscriptum vellet, nemodum quantum scio aperuit.

¹⁾ Dindorfii, Meinekii, Velsenus κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν, Bergkii προσάγειν κατὰ μῆνα; L. Herbstii Philol. XXXVIII, p. 529 Bentlei κατὰ μῆνα προσάγειν probavit. — ²⁾ Quod Kockius ad Eubulum fr. 112, 2 coniecturam meam non adnotavit, hominis doctissimi agnosco humanitatem. — ³⁾ v. 856 ubi codices οὐ γὰρ σχέλια πέπονθα νυνὶ πράγματα ἀπολωλεκώς ἅπαντα τὰς τῆς οἰκίας exhibent, Meinekii Vind. Aristoph. p. 217 νυνὶ χρήματα coniecit, Velsenus cum Kappeynio νῦν τὰ χρήματα scripsit. Ego adhuc dubito; nam si δεινὰ πάσχειν, non δεινὰ πάσχειν πράγματα constanti usu dicitur (Ach. 678. Nub. 610. Av. 1171 (δεινότατα). 1225 (δεινότατα). Lys. 1098. Metagen. fr. 13, 1 (ed. Kock.)), inde non consequitur σχέλια πέπονθα πράγματα non esse dictum. Si vero non πράγματα, sed χρήματα in libris legeretur, id non cum Meinekio ad ἅπαντα τὰς τῆς οἰκίας referrem (cf. Phillem. fr. 121, 3. 4 (ed. Kock.)): θησανρόν εὐρὼν τήμερόν τις αὐρίον ἅπαντα τὰς τῆς οἰκίας ἀπώλεσεν, sed ad πέπονθα, cf. Nub. 816 τί χρήμα πάσχεις ὦ πάτερ; In Alexidis fragmento 179, 2 (ed. Kock.) cum Bergkio et Kockio χρήμα (codd. πρᾶγμα) δ' ἐστὶ μοι μέγα φρίκτος ἐνδον ψυχρότερον Ἀραρότος legendum esse consentio.

Perventum est ad quartam trium codicum societatem, qua haud raro Venetus, Parisinus, Vaticanus contra Ravennatem coniuncti sunt.

Ac primum eos locos enumeremus, ubi Ravennatem peccare certum est et editores plerumque consentiunt.

Omisit *R* solus vv. 33. 246 τοῦ, v. 117 πάλιν, v. 162 αὐτῶν (*V* ἡμῶν, *AU* αὐτῶν), v. 258 ἐστίν¹⁾, vv. 268. 1171 μοι, v. 279 εἰ, v. 302 γε, v. 314 τήν, v. 413 ἔν, v. 470 τε, v. 482 καί, v. 582 σε²⁾, v. 623 τι, v. 692 δ', vv. 712. 833, v. 728 δῆ, v. 733 οὐν, vv. 819. 1118 μέν, v. 914 τοῖς, addidit solus v. 22 γε³⁾, v. 529 ἐν, v. 578 δ', v. 676 τοῦ θεοῦ, v. 823 δέ⁴⁾, v. 1179 οὐκ⁵⁾, transposita exhibet haec verba: v. 70 ἐκείθεν ἦν, v. 865 ποιήσιν οὕτως, v. 1052 μοι μή, v. 1059 μόνον γομφίον.

His ex reliquis Ravennatis solius mendis haec graviora adde: v. 26 οὐ τι (*V* *AU* οὐ σε)⁶⁾, v. 59 τοῦτο δ' οὐκ (*V* *AU* τοῦτ', οὐκ), v. 67 βέλτιον (*V* *AU* βέλτιστον), v. 231 ἐμέ (*V* *AU* ἐμοῦ), v. 387 δικαίους (*V* *AU* δεξιούς), v. 424 μέν (*V* *AU* γέ), v. 438 ὦ (*V* *AU* καί), v. 516 πάνθ' ὅσα νῦν δῆ κατέλεξας ex v. prox., in margine *R*⁴ γρ. πάντων ἀμελοῦσι (*V* *AU* τούτων πάντων ἀμελοῦσιν), v. 531 τοῦτ' (*V* *AU* τούτων), v. 564 Πλούτου δ' ἐνυβρίζειν (*V* *AU* Πλούτου δ' ἐστὶν ἐνυβρίζειν)⁷⁾, v. 582 τοῦτο δήπου (*V* *AU* τοῦτ' ἤδη), v. 641 ἀγγέλλεται (*V* *AU* ἀγγελεῖ)⁸⁾, v. 653 ἀφικόμεθα (*V* *AU* ἀφικόμεθα)⁹⁾, v. 864 μόνους (*V* *AU* μόνος)¹⁰⁾, v. 910 δεινόν (*V* *AU* μηδέν), v. 958 προσδέξῃ (*V* *AU* προσεὔξῃ), v. 996 τοὺς πίνακας (*V* *AU* τοῦ πίνακος), v. 1032 ἔτι (*V* *AU* ἔφη), v. 1044 ἔγωγε (*V* *AU* ἐγώ), v. 1049 τοῖς τρόποις (*V* *AU* τοὺς τρόπους), v. 1069 αἰετ' (*V* *AU* οὐκ), v. 1114 οὐδείς λιβανωτὸν ἢ (*V* *AU* οὐδείς οὐ λιβανωτὸν οὐ), v. 1146 κατέβαλες (*V* *AU* κατέλαβες), v. 1209 τούτοις (*V* *AU* τούτων).

Accedunt alii loci, ubi Ravennatem solum peccare paucis demonstrandum erit.

v. 1010 *V* *AU* καὶ νῆ *A* εἰ λυπομένην γ' αἰσθανόμην exhibent, *R* γ' omisit, ex editoribus quattuor illis Meinekius solus addidit idque rectissime; cf. Eq. 418 καὶ νῆ *A* ἄλλα γ' ἐστὶ μου κόβαλα παιδὸς ὄντος, v. 719 καὶ νῆ *A* ἐπὶ γε δεξιότητος τῆς ἐμῆς δύναμει κτλ., v. 901 καὶ νῆ *A* ἦν γε τοῦτο Περικλῆος τὸ μηχανήμα, v. 1000 καὶ νῆ *A* ἔτι γέ μοῦσι κιβωτὸς πλέα, v. 1350 καὶ νῆ *A* εἰ γε δύο λεγαίτην ῥήτορε κτλ. Nub. 1227 καὶ νῆ *A* ἀποδώσειν γ' ἐπώμους τοὺς θεούς. Vesp. 97 καὶ νῆ *A* ἦν ἰδὲ γέ που κτλ. Thesm. 552 καὶ νῆ *A* οὐδέπω γε εἰρηχ' ὅσα ξύνοιδα, v. 640 καὶ νῆ *A* τί τινος γ' ὥσπερ ἡμεῖς οὐκ ἔχει, Ran. 70 καὶ νῆ *A* εἰ τί γ' ἔστιν ἔτι κατωτέρω, v. 863 καὶ νῆ *A* τί τὸν Πηλέα γ' καὶ τὸν Αἰόλον κτλ. Plut. 134 καὶ νῆ *A* εὐχονται γε πλουτεῖν ἄντικρυς. v. 144 καὶ νῆ *A* εἰ τί γ' ἔστι λαμπρόν.

v. 764 sq. haec leguntur: νῆ τὴν Ἑκάτην κάγω δ' ἀναδῆσαι βούλομαι

ἐναγγελιά σ' ἐν κριβανωτῶν ὄρμαθῶ.

AU σ' ἐν, *R* σε, *V* σε ἐκ (corr. ex ἐν). Ravennatem secuti sunt Bergk, Meinekius, Dindorf, Velsenus. Ego ἀναδῆν cum dativo solo conjungi probe scio¹¹⁾; sed ἐν κριβανωτῶν ὄρμαθῶ verba παρ' ἐπώνων addita esse apparet ac praepositione adiecta era se non caput, sed collum servi panibus sertis vincturam esse significare videtur¹²⁾.

¹⁾ Quod ego anno 1865 (De Rav. et Ven. p. 35 sq.) conieceram, quattuor annis post (Exercit. crit. p. 17 sq.) reieceram, denuo coniecit a. 1872 Herwerdenus in Appendice ad studia crit. in poet. scen. gr. p. 38. Eis, quae altero loco scripsi, adde Plat. Hipparch. p. 225 D Μὴ τοίνυν με ἐπιχειρεῖ ἐξαπατᾶν, ἄνδρα πρᾶοβύτερον ἢ δὴ οὗτοι νέος ἄν. — ²⁾ vide Exercit. crit. p. 14. — ³⁾ vide Exercit. crit. p. 13 sq. — ⁴⁾ vide Exercit. crit. p. 15 sq. Adde exempla ὡς ἄν ex imperativo suspensi, quae ad Ach. 44 Muellerus adtulit. — ⁵⁾ Quanquam conicere licet Aristophanem καίτοι γ' ὅτι οὐκ εἶχον οὐδὲν scripsisse, deinde καίτοι τότε οὐκ εἶχον οὐδὲν, tum καίτοι τότε ὅτι οὐκ εἶχον scriptum esse eaque verba per α in *R* transilisse, in *V* et β negationem deletam esse. καίτοι γε certe Aristophani concedendum erit; nam etsi γε potest et Nub. 876 et Lys. 1035 eodem librariorum vitio additum esse, quod supra notavimus, tamen Ach. 611 nondum inventum est, quod ab Aristophane scriptum esse verisimilius sit quam quod libri praebent: καίτοι γ' ἐστὶ σάφρων κἀργάτης. —

⁶⁾ vide Exercit. crit. p. 9 sq. — ⁷⁾ Iam ne ἐστ' ἐνυβρίζειν quidem recte legi concedo, cf. Exercit. crit. p. 6. — ⁸⁾ vide Exercit. crit. p. 14 sq. Etiam nunc αὖρ' ἀπαγγελεῖ scribendum esse iudico, cf. v. 766 τοιαυτ' ἀπαγγελῆαι. — ⁹⁾ vide Exercit. crit. p. 15. — ¹⁰⁾ Vide ne etiam v. 386 μόνους, quod in omnibus codicibus legitur, in μόνος commutandum sit. cf. v. 389 οὕτω πάντ' πολλὰ κέκλονας; et Ach. 52. Alexid. fr. 112, 4 (ed. Kock.). — ¹¹⁾ cf. v. 589 λήροις ἀναδῆν. —

¹²⁾ De constanti usu, quo Attici ἐν ξύλῳ, ἐν πέδαις, ἐν πεντεσυχῶν δεῖν dicebant, vide Sauppilii Epist. crit. p. 58. Kock. ad Eq. 367. Cf. etiam quae infra p. 22 de colli floribus sertis redimiendi more dicemus.

v. 1030 ἢ μὴδ' ὁτιοῦν ἀγαθὸν δίκαιόν ἐστ' ἔχειν.

Hunc verborum ordinem Ravennas solus praebet, *FAU δίκαιον ἀγαθόν* exhibent. Editores illum ordinem acceperunt; iidem *δίκαιόν* ex Brunkii coniectura in *δίκαιός* commutarunt. Ego *δίκαιον ἀγαθόν ἐστ'* improbo, *δίκαιός ἀγαθόν ἐστ'* non item; sed talia ad sensum redire videntur nec possum ego negare casu et in *V* et in *β* ordinem mutatum esse posse. Ceterum hic versus mihi admodum molestus est, quem si sustuleris anus quae se adulescentulo diviti facto invidere nusquam prodit multo sibi similior hoc unum iustum esse dicat adulescentem ut sibi gratiam referat cogi. Et eum coactum iri sperare poterat, postquam Chemylus dixit: *φράζε, καὶ πεπράζεται*.

v. 1033 codicum lectiones hae sunt:

R νῦν δ' ἔγ' οὐκέτι σε ζῆν οἶται
FA νῦν δέ γ' οὐκέτι ζῆν σ' οἶται
U νῦν δ' οὐκέτι ζῆν σ' οἶται.

Hinc in archetypo scriptum fuisse colligo:

νῦν δέ γ' οὐκέτι ζῆν σ' οἶται

quod cur Aristophane indignum sit non intellego. Tamen Bergkii, Dindorfii, Velsenus *νῦν δέ σ' οὐκέτι ζῆν οἶται* scripserunt, Meinekii *νῦν δέ γ' οὐκέτι σε ζῆν οἶται*, Ravennati ut videtur nimis tribuens auctoritatis.

Quae si recte disputata sunt, vv. 1010 et 765 iis locis addendi erunt, ubi *R* omissionis, vv. 1070 et 1033 iis, ubi transpositionis dammandus est.

Iam ex versuum ordine pergamus.

v. 17 *R ἀποκρινομένην*, *FAU ἀποκρινομένηον* exhibent. Velsenus ex Bentlei coniectura *ἀποκρινομένηος* scripsit. Quae ipse de hoc loco Exercit. crit. p. 7 sq. disputavi, repetere nolo, praesertim cum, quidquid Aristophanes voluit, quin in archetypo *α ἀποκρινομένηον* scriptum fuerit dubitari nequeat.

v. 32 *R πρὸς τὸν θεόν*, *FAU ὡς τὸν θεόν* exhibent; hoc Bergkii, Meinekii, Dindorfii, illud Velsenus solus scripsit, cui Bachmannus l. l. p. 115 poetae usum *ῥήγμονην πρὸς τὸν θεόν* postulare persuasisse videtur. Sed quae hic homo doctissimus huius usus collegit exempla, propterea non ita multum probare videtur, quia praeter v. 653, ubi *ἀφικόμεσθ' ὡς τὸν θεόν* scribi potuit¹⁾, ceteris locis ad ea, quae antecedeabant, *πρὸς* neque vero *ὡς* aptum erat, ad sententiam vero *ὡς τὸν θεόν α πρὸς τὸν θεόν* differre nemodum demonstravit.

vv. 56. 57 Velsenus haec edidit:

ἄγε δὴ, σὺ πρότερον σαυτὸν ὅστις εἰ, φράσεις,
ἢ τὰπὶ τούτοις δρω; λέγειν χρή ταχὺ πάνν.

πρότερον exhibent *RV*, sed *R²* et lem. schol. Rav. cum *AU πρότερον*, *φράσεις* solus Ravennas, *FAU φράσον*. Quae cum ita sint, in archetypo *πρότερον* et *φράσον* scriptum fuisse verisimilius est quam *πρότερον* et *φράσεις* neque abhorreere videntur illa eis quae hoc loco aguntur. Duo Pluturn sibi prodere Chemylus voluerat, quis esset et qui factum esset, ut eandem viam iret quam Chemylus et Cario²⁾. Iam postquam Chemylus spem suam aperuit, Cario ad priorem quaestionem adgreditur, cum haec dicit:

ἄγε δὴ σὺ πρότερον³⁾ σαυτὸν ὅστις εἰ φράσον.

et Pluto respondere cunctante iratus dicere pergit:

ἢ τὰπὶ τούτοις δρω; λέγειν χρή ταχὺ πάνν.

vv. 135. 6 Velsenus haec scripsit:

οὐκὸν ὅδ' ἐστὶν αἴτιος καὶ ῥαδίως
παύσει ἄν, εἰ βούλοιο, ταῦθ'; Πλ. ὁτιγὲ τί δή;

¹⁾ vide tamen Exerc. crit. p. 15. — ²⁾ Dubito an recte Naberus l. l. v. 54 pro *καὶ τοῦ δεόμενος* scribendum esse dixerit ἢ τοῦ δεόμενος, cf. Eq. 437 καὶ *VAPMΓΘ*, ἢ recte *R*, Ran. 359 ἢ *RVUM* recte, καὶ *A*. — ³⁾ *πρότερον* fortasse ex *πρώτων* factum est, cf. Nub. 553 *πρώτιστον*, *R πρότερον*, Thesm. 380 *πρώτων* (cf. Bachmann. l. l. p. 96), Suid. s. v. *περίθον*; *πρότερον*.

Alterum versum codices sic scriptum exhibent:

R παύσειαν εἰ βούλοιο ταῦτα· Πλ. ὅτι τί δῆ·

V παύσειαν εἰ βούλοιο ταῦτ' ἄν· κα. οἷ δῆ; γρ. ὅτινα

A παύσειαν εἰ βούλοιο ταῦτ' ἄν· Πλ. ὅτι τί δῆ·

U παύσειαν εἰ βούλοιο ταῦτ'; Πλ. ὅτι τί δῆ·

Bergkii, Meinekii, Dindorfii, Velsenii trium codicum communi scriptura posthabita Ravennatis ita acceperunt, ut παύσει' ἄν scriberent immemores Kruegeri Gr. gr. II, § 12, 3, 2 apud poetas — εἰε optativi aoristi terminationem raro, ante ἄν fortasse nunquam elidi docentis. Cur hanc elisionem vitaverint, causa in promptu est. Ac possum ego adfirmare in comoedia illam elisionem non admissam esse ante Diphilum, qui fr. 62 (ed. Kock.) haec scripsit:

ἄγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραις

ὁ τι ἐστίν, εἴ τις μὴ φράσει' ὁρθῶς ὁδόν,

ἢ πῦρ ἐναύσει' ἢ διαφθείρει' ὕδωρ

et fr. 73, 4 οὐκ ἄν ποτε Εὐριπίδης γυναῖκα σώσει. οὐχ ὁρᾷς κτλ. Quamquam homines docti in hoc genere interdum peccarunt¹⁾. In Pluto v. 1171 Cobetum secutus²⁾ Meinekii non quod codices praebent:

τίς ἄν φράσειε ποῦ 'στι Χρεμύλος μοι σαφῶς;

sed τίς ἄν φράσει' ὅπου 'στι Χρεμύλος μοι σαφῶς

scripsit. Idem ad Lys. 1086

τίς ἄν φράσειε ποῦ 'στιν ἡ Αὐσιστράτη

se φράσει' ὅπου malle adnotavit. Haud aliter Hirschigius fragm. 131 (ed. Kock.):

τίς ἄν φράσειε ποῦ 'στι τὸ Διονύσιον;

emendavisse sibi visus est, quamquam hos tres locos simillimos inter se tutari negari nequit. Nec satis causae esse ad pronomen interrogativum directum tentandum demonstravi Jahrb. f. Phil. 1868, p. 474. Itaque Ravennatis παύσειαν illud eodem iudicio damnabimus, quo v. 1019 quod in Vaticano est προτείνουάν et Rav. 1438 quod in *UM* legitur αἰροίαν. Quod si certum est, quae ex illa scripturae discrepantia colligitur archetypi *a* lectio

παύσειαν, εἰ βούλοιο, ταῦτ' ἄν; Πλ. ὅτι τί δῆ;

ad Aristophanem auctorem referenda erit, cf. de ἄν particulae collocatione Nub. 753 τί δῆτα τοῦτ' ἄν ὠφελήσειεν σ'; Lys. 1104 ἢ περ διαλλάξειεν ἡμᾶς ἄν μόνη, Ran. 96 γόνιμον δὲ ποιητὴν ἄν οὐχ εὖροις ἐτι ζητῶν ἄν.

v. 152 *R* ἐς (secundum Herwerdenum εἰς) τοῦτον τρέπειν, *V* *A* *U* ὥς τοῦτον τρέπειν (*A* ῥέπειν) exhibent. In *R* ὥς in εἰς corruptum est ut in eodem versu apud Suidam s. v. ἐταῖροι Κορίνθιοι, v. 242 in *V*, v. 495 in *U* nec dubitari potest, quin in archetypo *a* ὥς scriptum fuerit. Et sic editores scripserunt praeter Velsenium, cui ut ἐς reciperet Bachmannus persuasisse videtur. Is enim l. l. p. 116 Atticos nunquam ὥς ita admisisse observavit, ut significaret, quo versus quid tenderet vel dirigeretur, quam vim propriam esse praepositionibus εἰς et πρός. Ut hoc recte observatum sit, tamen quos h. d. repugnare vidit duos locos, Pl. 152 et Pac. 174 πρόσχε τὸν νοῦν ὥς ἐμῆ³⁾, inter se tutari existimo. Utrobique si per metrum licuisset poetam pro ὥς scripturum fuisse πρός libenter concedo⁴⁾; nunc vero eum pro πρός ὥς scribere dubitasse mihi non persuadebitur. Accedit tertius locus satis similis Ararotis fr. 1 (ed. Kock.): ὁ γὰρ θεὸς τὸ ῥήγχοις ὥς ἡμᾶς στρέφει, ubi ὥς in Marciano scriptum esse ex Kockii silentio sequitur.

¹⁾ Bentley Vesp. 276 εἴτα φλεγμήναι' ἄν αὐτοῦ, Blaydesius Pac. 1033 τίς οὐν ἄν οὐκ ἐπαινέσει' ἄν coniecerunt. — ²⁾ Mnem. II, p. 222; cf. Hirschig. Philol. V, p. 276. — ³⁾ Weckleinus in censura libri Bachmanni Phil. Anz. X, p. 168 πρόσχε τὸν νοῦν εἰς τινα, quod Bachm. maluit, frustra quaesitum iri recte videtur dixisse. — ⁴⁾ Weckleinus loco modo laudato poetam sexcenties metri causa ab usu cotidiano discessisse exemplis quibusdam probavit. Nos supra eadem observatione ducti sumus p. 9. 12. 19. Hic aliud exemplum addere libet, quod Buengero debeo, qui l. l. p. 30 ubicunque per metrum liceat, Aristophanem ἐξ οὐ dicere, ἀφ' οὐ metro postulante duobus locis Plut. 1113 (v. 1173 cum Velsenio damnat vide supra p. 6) et in Amphiarai frgm. 31 (ed. Kock.), unde Plut. 968 scribendum esse non satis caute concludit: ἐξ οὐ γὰρ ἂν θεὸς οὕτως ῥήξατο βλέπειν.

v. 184 sq. κρατοῦσι γοῦν κὰν τοῖς πολέμοις ἐκάστοτε,
ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθίζηται μόνος.

Sic *VAU* (sed ς in rasura in *A*); *Ravennas* μόνον praebet, quod *Bergk*ius, *Meinek*ius, *Dindorf*ius receperunt. Masculinum, quod in archetypo *a* scriptum fuisse videtur et apud *Suidam* s. v. ἐπικαθίζηται legitur, falsum esse tantum abest ut concedam ut ad ea quae versu proximo *Plutus* respondet ἐγὼ τοσαῦτα δυνατός εἰμι' εἰς ὧν ποιεῖν aptius esse dicam. Multo vero minus *Velsen*o adsentiri possum, qui μόνον scripsit oblitus, ut videtur, ἐκάστοτε adverbii, quod antecedit.

v. 277 *VAU* δικάζειν exhibent, quod editores receperunt praeter *Velsen*um, qui, quod in *R* solo legitur, δικάζει scripsit. Mihi ad eam rem, quam *Cario* fingit, δικάζειν infinitivus unice aptus esse videtur; is enim choreutas quod postquam eorum litterae capulus pro iudicio sorte obvenerit eo abire cunctentur reprehendit. De hoc temporis momento: τὸ γράμμα σου ἐν τῇ σοφῷ δικάζειν εἰληγε dici poterat, nondum poterat dici: τὸ γράμμα σου δικάζει. De structuris, quarum molestias *Velsen*us vitare voluisse videtur, vide *Bachmann*. l. l. p. 65.

v. 353 *Velsen*us scripsit:

τό τε γὰρ ἐξαίρνης ἄγαν
οὕτως ὑπερπλουτεῖν, τό τ' αὖ δεδοικέναι
πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὕμης ἐστ' εἰργασμένου.

*Bergk*ius solus quod in solo *R* legitur τότε δ' αὖ ita usus est, ut pro τό τ' αὖ scriberet τό δ' αὖ, *Meinek*ius in adnotatione critica τότε δ' αὖ probari posse dicit, si v. 353 τότε scribatur. Ego si *Meinek*ium sequendum esse putarem τοτέ et τοτέ δ' αὖ scriberem, ut ille ipse Eq. 540 τοτέ μὲν πλείων τοτέ δ' οὐχί, Av. 1398 τοτέ μὲν νοτίαν στείλων πρὸς ὁδόν, τοτέ δ' αὖ βορέα σῶμα πελάζων, apud *Anaxandridem* Com. III, p. 183 (*Kock*. fr. 41) τοτέ μὲν Σπάρτην τὴν εὐρύχορον, τοτέ δ' αὖ Θήβας τὰς ἐπισταύλους scripsit et Ran. 290 τοτέ μὲν γε βοῦς, νυνὶ δ' ὄρεός, τοτέ δ' αὖ γυνή scribere debuit. Sed ut non dicam his locis ubique τοτέ priori μὲν particulam additam esse, *Blepsidemus* *Chremylus* nunc subito divitem factum esse nunc timere dicere non potest; duo potius ei suspicionem movent, et quod subito tam dives factus est et quod summum periculum adesse dixit.

v. 413 sq. μή νυν διατρίβ', ἀλλ' ἄννε πρᾶττων ἐν γέ τι.

XPE. καὶ μὴν βαδίζω.

Sic quattuor illi editores omnes, quanquam *VAU* καὶ δὴ βαδίζω exhibent, quod si quid aliud ex *Aristophanis* usu dictum est. cf. v. 223 sq. τοὺς ξυγγεώργους κάλεσον — — *KAP*. καὶ δὴ βαδίζω, Eq. 21 λέγε δὴ μόλωμεν ξυνεχῆς ὥδι ξυλλαβών. *OIK*. *A*. καὶ δὴ λέγω μόλωμεν. *Nub*. 778 εἰπέ δὴ. *ΣΤΡ*. καὶ δὴ λέγω. v. 1097 σκοπεῖ. *AIK*. καὶ δὴ σκοπῶ. *Pac*. 326 sq. παῦε παῦ' ὀρχούμενος. *XOP*. ἦν ἰδοὺ καὶ δὴ πέπαυμαι. Av. 175 βλέπον κάτω. *EPI*. καὶ δὴ βλέπω. 548 sq. ἀλλ' ὅτι χρὴ δρᾶν, σὺ δὲ δῖα σκε παρών — — *II*. καὶ δὴ τοῖνον πρῶτα διδάσκω. *Thesm*. 214 ἀπόδουθι τοντὶ θοῖμάτιον. *MN*. καὶ δὴ χαμαί. *Eccl*. 1014 λέγ' αὐτὸ τί ποτε καῖσι; *GP*. *A*. καὶ δὴ σοι λέγω.

v. 464 in extremo versu *VAU* νομιζέτον, *R* νομιζετε exhibent; hoc *Bergk*ius, *Meinek*ius, *Velsen*us, illud *Dindorf*ius recepit. Possis dubitare, num, ubicumque per metrum fieri possit, etiam contra codicum auctoritatem dualis forma restituenda sit, ut vv. 72. 75. 449. 458, ubi *Naber*us l. l. πύ-θησθόν, μέθεσθον οὖν, πεποιθότε¹⁾, νομιζέτον scribi iussit, sed *VAU* codices dualem ad metrum convenientem praebentes non sequi etiam maioris est audaciae.

v. 505 in codicibus haec leguntur:

R εἰ παῦσαι ταύτην βλέψας πόθ' ὁ Πλούτος
V εἰ παύσει ταῦτ' ἣν βλέψῃ πόθ' ὁ Πλούτος
A ἢ παύσει ταῦτ' ἣν βλέψῃ πόθ' ὁ Πλούτος
U ἢ παύσει ταῦτ' ἣν βλέψῃ ποθ' ὁ Πλούτος.

Editores *εἰ*, non ἢ recepissee supra vidimus; παύσει, quod ei fiducia, qua *Chremylus* *Plutum* oculis

¹⁾ vide tamen supra p. 13.

recuperatis egestatis mala sublaturum esse sperat, quam maxime convenit, ut a me ipse desciscens¹⁾ recipiendum esse cum Meinekio et Velseno consentiam, trium codicum consensus maxime efficit, cui etiam id dandum esse iudico, ut ταῦτ' ἦν βλέψῃ (si finem imponet, cum oculos recuperaverit) scribatur, cf. 126 εἰς ἀναβλέψης. 136 ὁμοῦς παύσειεν, εἰ βούλοιο, ταῦτ' ἄν. Ac Meinekios se ταυτὶ vel ταῦτα quam ταύτην malle in adnotatione indicavit.

v. 595 de αὐτῇ forma, quam *FAU* praebent, nulla est dubitatio, nisi quod Herwerdenus in Appendice p. 39, ubi in *R* αὐτῇ legi testatur, haec adicit: „quod nescio an praestet.“ Ego me nescire fateor, utrum Aristophanes αὐτῇ an αὐτῇ scripserit; sed prudentius sit tres codices sequi, praesertim cum ipse Herwerdenus p. 40 de *R* verissime haec adnotavit: „lota adscribitur, saepe etiam ubi ei litterae locus non est.“

v. 1088 sq. ἀλλ' εἰσιτέ²⁾ εἶσω· τῷ θεῷ γὰρ βούλομαι

ἐλθὼν ἀναθεῖναι τοὺς στεφάνους τοῦσδ' οὗς ἔχω.

Pro οὗς, quod in *FAU* legitur, *R* solus ὡς exhibet, quod ut reciperet ne ego Velseno persuaserim³⁾ vereor; nam non iam credo Aristophanem ὡς ἔχω pro ὡσπερ ἔχω dixisse. Lys. 609 sq. ὡς ἔχω quoniam ad ἐπιδελξω referendum esse apparet (cf. Eq. 153), duobus tantum locis omnes codices ὡς ἔχω pro ὡσπερ ἔχω exhibent: Eq. 488 et Lys. 376. Illic Kockius O. Schneiderum secutus πρῶτον δ' αὖς ἔχω τὰς κοιλίας κτλ. scripsit, hic de versus medii scriptura dubitatur.

Iam ad eos locos transeamus, ubi *FAU* eisdem inquinati sunt vitiis, *R* veram lectionem servat.

v. 42 ἐκέλευσε (*R* ἐκέλενε), v. 78 οὐχὶ διὰ (*R* οὐ διὰ), v. 210 λυγρέως (*R* τοῦ λυγρέως), v. 298 add. καί, v. 443 ζῶον (*R* ζῶον), v. 572 om. γ', v. 585 ἀθλητῶν (*R* ἀσκητῶν⁴⁾), v. 670 πρόσπολος (*R* πρόπολος⁵⁾), v. 768 τὰ καταχύσματα (*R* καταχύσματα), v. 876 οἴμωζ' ἄρα σύ (*R* οἴμωξ' ἄρα σύ, scrib. οἴμωξ' ἄρα σύ), v. 999 προσέπεμψεν (*R* προσεπέπεμψεν), v. 1037 τηλία (*R* τηλίας⁶⁾), v. 1045 ἐωρακέναι (*R* ἐορακέναι), v. 1111 om. δῆ, v. 1140 σε (*R* σ' ἄν).

v. 800 sq. εὖ πᾶν λέγεις· ὡς Αἰξινικός γ' οὕτως

ἀνίσταθ' ὡς ἀρπασόμενος τῶν ἰσχυρῶν.

γ', quod in solo *R* legitur, praeter Dindorfium editores omnes receperunt; Blaydesius recepturus esse videtur, quippe qui ad Thesm. v. 934 νῆ Α' ὡς νῦν δῆ γ' ἀνὴρ conferri iubeat Ach. 327 ὡς ἔχω γ'. Pl. 800 ὡς Αἰξινικός γ' οὕτως.

v. 1041 στεφάνους γέ τοι καὶ δᾶδ' ἔχων πορεύεται. Secundum Velsenum *R* στεφάνους et δᾶδας, *FAU* στέφανον et δᾶδ' exhibent. Editores et στεφάνους et δᾶδ' recipienda esse consenserunt. Contra Herwerdenus in Studiis criticis in poetas scenicos Graecorum p. 75 haec scribit: „Tam in Veneto secundum Cobetum quam in Ravennati e collatione mea scriptum exstat στέφανον, quod igitur poetae reddatur“⁸⁾. Idem in Addendis Pluti Thierschianae p. 273 ex Bekkeri collatione de Ravennatis lectione adnotatum est. Ac sive *R* ad *FAU* accedit sive non accedit de στεφάνους illo dubitare licet. Vide Eccl. 690 sq. πᾶσι γὰρ ἄρθωνα πάντα παρέξομεν, ὥστε μεθυσθεὶς αὐτῷ στεφάνῳ πᾶς τις ἄπεισιν τὴν δᾶδα λαβὼν, Plat. com. fr. 69, 7 (ed. Kock.) στέφανον ἔπειθ' ἐκάστω δώσω φέρειν τῶν ζυμποτιῶν et Plat. Symp. p. 212 D de Alcibiade ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς θύρας ἐστεφανωμένον αὐτὸν κιττοῦ τέ τινα στεφάνῳ δασεῖ καὶ ἴων καὶ ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πᾶν πολλὰς. Sed de Polemone aliud narratur et apud Horatium Sat. II, 3, 256 sq. dicitur ex collo furtim carpsisse coronas, postquam est impransi

¹⁾ vide Exercit. crit. p. 10. — ²⁾ Sic Stangerus. — ³⁾ Exercit. crit. p. 6. — ⁴⁾ vide supra p. 10. — ⁵⁾ Possis dubitare, num πρόσπολος praeferendum sit, qua forma Sophocles ubique utitur, OC. 1053 de deorum ministris. Sed apud Aristophanem bis metrum πρόπολος formam postulat Nub. 436, ubi Nubes de suis loquuntur ministris, et fr. 684, 3 (ed. Kock.), ubi de Phoebi ministris agitur. Adderem Ran. 1333, si ibi πρόπολον, non πρόμολον scribendum esse homines docti consentirent. — ⁶⁾ Ad hanc scripturae discrepantiam referendum esse puto, quod Zonaras Lex. p. 1727 et masculinum τηλίας et femininum τηλία testatur. Quod addit Ὁμοῦς ὁ Μιλήσιος τὴν περιφέρειαν τοῦ κοσμήτον λέγει, de huius interpretationis veritate valde ego dubito. Ex editoribus Dindorfius solus τηλία scripsit. — ⁷⁾ cf. v. 1052. — ⁸⁾ Inter ea, quae in Appendice ex sua Ravennatis collatione Herwerdenus adnotat, nihil memoratu dignius est quam v. 721 κατέπαυσεν et v. 1082 διεσπεκλωμένῃ in *R* legi et v. 201 supra δεσπότης scriptum esse ἐγκρατής.

correptus voce magistri et apud Valerium Maximum VI, 9 ext. 1 (sertis capite redimito) et apud Lucianum Bis accus. 17 (ὁ δὲ μετὰ τοῦ ἀλλοῦ καὶ τῶν στεφάνων ἐπιστάς — ἀφαιρεῖται τοὺς στεφάνους). Confer Antiph. fr. 199 (ed. Kock.) ἐπὶ κῶμον εἰ δοκεῖ ὕμειν ὥσπερ ἔχομεν. B. οὐκοῦν δ' αἶδα καὶ στεφάνους λαβόντες et fr. 272 στεφάνους] ἐνεγκεῖν δεῦρο τῶν χρηστῶν δύο καὶ δᾶδα χρηστὴν ἡμμένην χρηστῶ πυρί. Solebant enim in conviviis interdum pluribus coronis uti, quibus capita, colla, pectora redimirent¹⁾. Ac plures coronas se habere adulescens ille ebrius in Pluto vv. 1088. 89 indicat. Quae cum ita sint, etsi in archetypo α στεφανον scriptum fuisse credi potest, tamen Aristophanem στεφάνους voluisse admodum probabile est.

v. 531 R ἀποροῦντα, VAU ἀποροῦντας exhibent; illud Bergkii et Dindorfii receperunt; Meinekii et Velseni ἀποροῦντι ex Valckenarii coniectura scripserunt. Dativus necessarius esse videtur; sed vide ne etiam probabilius sit, quod Weckleinus l. l. p. 18 coniecit: ἀποροῦντοιν.

v. 850 ὡς ἀπόλωλα δειλίους. Sic VAU, R δελίους, quam formam, ubi paenultima brevitas metrum posceret, restituendam esse Dindorfius ad Soph. El. 849 adnotavit ad Ar. Eq. 139 provocans, ubi R solus δειλίους exhibet.

v. 1020 R solus χοιῖας, VAU χοῖας. Illud editores praeter Dindorfium spreverunt, quanquam apud Aristophanem metrum diphthongum ter poscit: Nub. 718. 1012. 1016, nusquam excludit cf. 1171. Com. IV, p. 628, fr. XCV b. Apud Euripidem metrum flagitat χοιῖαν Bacch. 457, χοιῖά Cycl. 517.

v. 67 VAU δέσποτα, R δέσποτα corr. ex ὦ δέσποτα. Non hoc sed δέσποτα in archetypo fuisse confido, sed qui Ravennatem scripsit fortasse postquam errans veram lectionem restituit eandem rursus deleuit ut v. 449 ὄπλοις, quod in archetypo scriptum fuit, rasura ex ὄπλοισιν, quod verum est, correxit. Certe ὦ δέσποτα in omnibus codicibus legitur apud Aristophanem his locis: Eq. 960. Vesp. 142. 420. Pac. 257. 275. 824. 875. Ran. 1. 272. Pl. 20. Ran. 301 RVAU δεῦρ' ὦ δέσποτα, M δεῦρα δέσποτα, 318 VUAM ἐκεῖνο δέσποθ', R ἐκεῖν' ὦ δέσποθ'. Uno loco praeter Pl. 67 codices omnes ὦ omitunt: Pac. 377, ubi cum Richtero Bergkii, Meinekii, Dindorfii ἀντιβολῶ σε δέσποτα scripserunt, qui iidem Pl. 67 cum Velseno ἐστ' ὦ δέσποτα maluerunt. Blaydesius illic ἀντιβολῶ σ' ὦ δέσποτα scripsit. Apud novae comoediae poetas δέσποτα nonnunquam metrum poscit, vide Antiph. fr. 74, 5. Nicostr. 15, 1. Amph. 27, 4. Philem. 22, 1. 73, 5. 90, 1. Metro non poscente legitur δέσποτα Philem. fr. 18. 133, 1²⁾.

Exhausimus Ravennatis, Veneti, Parisini, Vaticani scripturae discrepantiam; quod si non sine fructu factum esse videatur, id non tam mihi laudi verti velim quam Velseno.

¹⁾ cf. Garckii de coronis convivalibus excursus, quem libro, qui inscribitur Q. Horatii Flacci carminum librum primum collatione scriptorum Graecorum illustr. Hal. 1860, p. 163 inseruit et C. Fr. Hermann Antiqu. priv. ed. H. Blumner. p. 245. — ²⁾ In Equitibus Populum ubique ὦ Δῆμε adloquuntur (50. 725. 732. 746. 769. 773. 777. 820. 850. 905. 910. 1152. 1173. 1260. 1341), uno loco, si codicibus fides habenda est, Δῆμε: v. 1207 τί οὐ διακρίνεις δῆμ' (δῆμ' om. M.); sed ibi Kockius τί οὐ διακρίνεις δῆθ', Velsenus οὐ διακρίνεις ὦ δῆμ' coniecerunt.

Index locorum.

Ar. Plut. 32 . . p. 19	Ar. Plut. 386 . . p. 18	Ar. Plut. 765 . . p. 18	Ar. Plut. 1141 . . p. 12
" " 45 . . " 2	" " 391 . . " 8	" " 800 . . " 22	" " 1148 . . " 14
" " 50 . . " 17	" " 406 . . " 13	" " 815 . . " 1	" " 1163 . . " 10
" " 54 . . " 19	" " 413 . . " 21	" " 838 . . " 7	" " 1171 . . " 20
" " 56 . . " 19	" " 431 . . " 9	" " 845 . . " 5	" " 1173 . . " 6
" " 67 . . " 23	" " 441 . . " 10	" " 850 . . " 23	" " 1179 . . " 18
" " 72 . . " 21	" " 446—448 . . " 13	" " 856 . . " 17	" " 1190 . . " 13
" " 73 . . " 8	" " 449 . . " 13	" " 878 . . " 14	" " 1205 . . " 15
" " 75 . . " 21	" " 452 . . " 14	" " 903 . . " 7	" Ach. 242 . . " 2
" " 98 . . " 6	" " 461. 462 . . " 9	" " 927 . . " 11	" " 502 . . " 16
" " 126 . . " 11	" " 464 . . " 21	" " 933 . . " 13	" " 1023 . . " 7
" " 136 . . " 20	" " 465 . . " 13	" " 968 . . " 20	" Eq. 13 . . " 13
" " 147 . . " 1	" " 485 . . " 3	" " 979 . . " 8	" " 488 . . " 22
" " 152 . . " 20	" " 505 . . " 21	" " 989 . . " 16	" " 1207 . . " 23
" " 153 . . " 12	" " 517 . . " 4	" " 993 . . " 16	" Nub. 1357 . . " 12
" " 157 . . " 8	" " 531 . p. 11. 23	" " 1005 . . " 6	" Vesp. 276 . . " 20
" " 166 . . " 2	" " 564 . . p. 18	" " 1007 . . " 2	" " 1176 . . " 7
" " 185 . . " 21	" " 573 . . " 15	" " 1010 . . " 18	" Pac. 174 . . " 20
" " 196 . . " 7	" " 578 . . " 10	" " 1020 . . " 23	" " 316 . . " 16
" " 197 . . " 11	" " 586 . . " 11	" " 1030 . . " 19	" " 377 . . " 23
" " 203 . . " 15	" " 592 . . " 11	" " 1033 . . " 19	" Av. 1575 . . " 15
" " 258 . . " 18	" " 595 . . " 22	" " 1041 . . " 22	" Lys. 451 . . " 2
" " 260 . . " 3	" " 596 . . " 16	" " 1042 . . " 7	" " 1086 . . " 20
" " 271 . . " 16	" " 607 . p. 7. 15	" " 1044 . . " 9	" Thesm. 27 . . " 7
" " 277 . . " 21	" " 670 . . p. 22	" " 1051 . . " 10	" Ran. 692 . . " 12
" " 281 . . " 3	" " 688 . . " 1	" " 1078 . . " 13	" " 1163 . . " 13
" " 286 . . " 15	" " 695 . . " 17	" " 1088 . . " 22	" Eccl. 581 . . " 15
" " 335 . . " 14	" " 701 . . " 5	" " 1089 . . " 22	" " 1037 . . " 7
" " 343 . . " 3	" " 702 . . " 7	" " 1100 . . " 2	" frgm. 131 . . " 20
" " 353 . . " 21	" " 746 . . " 15	" " 1111 . . " 17	
" " 367 . . " 17	" " 755 . . " 8	" " 1139 . . " 16	

Schulnachrichten

für die Zeit von Ostern 1884 bis Ostern 1885.

A. Übersicht über die durchgenommenen Lehrpensa.

Prima gymnasialis. (Klasseninspicient der Direktor.)

